

12.275

HARVARD UNIVERSITY.



LIBRARY

OF THE

MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY

12.275

LIBRARY OF

SAMUEL GARMAN

RES. DEPT. ZONE
LIBRARY
JUN 8 1929
HARVARD
UNIVERSITY



Garman

DESCRIPTIONES ET ICONES

A M P H I B I O R U M.

A U C T O R

DR. JOANNES WAGLER,

NORIMBERGENSIS.

Tres partes

cum XXXVI tabulis.

Part 1 1828 Pl. I-XII.
2 1830 Pl. XIII-XXIV.
3 1833 Pl. XXV-XXXVI.

MONACHII, STUTTGARTIAE ET TUBINGAE,

SUMPTIBUS J. G. COTTAE. MDCCCXXXIII.

1833

P R O E M I U M.

Inter omnes Zoologiae studiosos constat, carere nos ad hoc usque tempus opere, in quo exhibeantur amphibia tam descriptionibus criticis, quam iconibus accuratis ornato, quam ob rem ejusmodi operis editionem excusatione non egere mihi persuasum est.

Errores multiplices inde oriebantur, quod opus, quod complectatur Amphibia, examine quam diligentissimo nixum deficit, difficultas, qua hanc ob rem scientia ista impediatur, plurimos deterrebat, ne campum huncce zoologiae uberrimum perscrutarentur. Hisce de causis descriptio Amphibiorum ex omnibus Zoologiae partibus una maxime neglecta, licet ipsâ maxime doceamur de organis inter se comparatis, quibus, ut ita dicam, vita et spontanei motus etiam superioris ordinis animalium efficiuntur.

Inductus juventutis ardore, qui, quae senectus timida fugit, suscipere amat, qui laboribus gaudet difficultatibusque ad id perficiendum, quod velit, qui denique naturae isti tam blandae conciliatrici se totum committit, simulque etiam incitatus laudibus, quibus Systema Avium illud a me editum est cumlatum et Amphibiorum Systema in medium proferre ausus sum. In hoc opere elaborando non temere collegi, quae jam alii conscripserunt, et pridem memorata iterum memorare fugi. Sed id solum ex auctoribus, qui me praecesserunt, retinui, quod natura ipsa erat comprobatum, et quod mihi naturae legibus consentire videbatur.

Hoc modo amphibiorum classificatio orta est, ab ea praecedentium auctorum dissimillima. Acerrimum meum oculorum visum utinam ingenii acumen adaequet! De hoc vero optime judicabunt, qui, ut ego, amphibii structuram tam internam quam externam contemplari solent.

Hoc novum Amphibiorum Systema, natum ex accurata consideratione atque contemplatione naturae, brevi in lucem edetur, idque hujus rei studiosis commendatum velim. Illud enim si respicis de generibus, quae hisce fasciculis nominatim tantum et speciatim exhibentur, judicare tibi licebit, quoniam illic argumenta sunt allata hujus rationis. De opere satis praefati sumus. Proferam ea nunc quae de isto edendo monenda habeo.

Hujus operis, quod inscribitur: „Descriptiones et Icones Amphibiorum“ quarta quaque vel octava hebdomade unus fasciculus edetur duodecim pictis cum summa diligentia industriaque tabulis totidemque descriptionibus instructus. Ad hoc accedit, quod minime cum silentio praeterire possum, quod, quae in hoc opere continentur Amphibia, ad naturam ipsam sunt descripta, delineata et ad animal vivum depicta omnia; eaque re magnum illi splendorem accessisse puto, quod illi quoque, qui naturam quasi animantem et virescentem malunt quam exsanguem et mortuam contemplari, non minimi pretii habebunt.


Delineatio vero omnium, quae in hoc opere comprehenduntur, Amphibiorum a me ipso est facta, quod singulae corporis partes et habitus ad constituendas species valde necessariae ab artifice non raro negligi soleant. — Ceterum in prioribus fasciculis praecipue genera exhibentur. Quod ad Amphibiorum mensuram attinet, monendum est, normâ Parisiensi in hoc me usum esse.

Monachii mense Februario

MDCCCXXVIII.

JOANNES WAGLER.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



PYTHON PERONII Cuv.

PYTHON PERONII *Cuv.*

P E R O N S P Y T H O N.

T A B. I.

Character essentialis. Scutis frontalibus quatuor majusculis perquam convexis, capitis scutorum omnium maximis; scuto verticali minutissimo, squamulis subsequentibus irregularibus margine subsursum plicatis; scutis abdominalibus angustissimis, squamas in utroque latere adjacentes magnitudine parum superantibus; squamis trunci antici ovatis, postici rhomboideo-lanceolatis, omnibus laevibus; trunco toto et cauda supra nigricantibus, squama unaquaque puncto intermedio flavo, dorso antico praeterea medio hic et illic macula irregulari, parva, citreo-flava, lateraliter lineola, horizontali concolore notato; labiis, capite et trunco subtus flavis, trunco postico et cauda subtus nigricanti-variis. Scut. abdom. 276, scut. infracaud. 84—86.

SYNONYMIA: Snake n. 5. *White Journ. of a Voy. to New South Wales* p. 259 (descriptio et figura adjecta pessimae); Australasian Snake *Shaw Gen. Zool.* 3. p. 505 (Descriptio manca); Python Peronii *Cuv.* in *Mus. Paris.*, Python punctatus *Merr. Syst. Amphib.* p. 90. (Descriptio Whiteiana.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput distinctum, mediocre, ovatum, depressum, vertice convexiusculum, prope rostrum acutiusculo-obtusatum, compressiusculum, oris angulus rectus; nares mediocres subtriangulano-ovales antrorsum spectantes; oculi laterales, mediocres, longiusculo-rotundi fere in medio capitis lateralis siti, unde a rostri apice perquam amoti; scuta: scutum rostrale latiusculum apice supremo lanceolato-acutissimo triangulum, antice medio convexiusculum; scuta frontalia anteriora et posteriora bina omnium capitis maxima, majuscula, medio, praesertim postica, perquam convexa, anteriora, posterioribus magnitudine aequalia, trigona, apice antrorsum verso, pone rectiusculo-truncata, posteriora rhomboidea; scutum verticale (multum ante oculos situm) minutissimum, fere lanceolatum scutellis duobus subsequentibus multo majoribus rhombeo-rotundatis, scuta occipitalia repraesentantibus, pone in medio aliud minus, subhexagonum includentibus; squamulae sequentes, forma irregulares, convexae et concavae; scuta minima, forma diversa inter utrumque oculum sita margine sursum flexa, subsequentibus aliis forma et magnitudine similibus, attamen planis sive obsolete convexis; scutella superciliaria, forma variantia, quatuor; scutorum ocularium posteriorum loco squamulae tres convexiusculae; regio a naribus usque ad oculos squamulis ovalibus, convexiusculis circiter 15 obsita; scuta marginalia labii superioris 12, parva, omnia quadrangula, versus oris angulum magis magisque altitudine decrescentia, convexiuscula; scuta marginalia labii inferioris 14, parva, a mandibulae apice versus oris angulum sensim majora, 5-6 postica quadrangula medio perquam excavata, reliqua integra, antica mediis longiora ac inferius subtrigono-terminata; scuti labialis ejusque scutorum accessoriorum loco squamae angustae, oblongae 5, integrae; caput totum inferius squamis ovato-lanceolatis obtectum, quae versus mandibulam reliquis paullo minores; dentes ut in reliquis Pythonibus formati, primores palatini reliquis dentibus vero longiores. Truncus elongatus, compressus, modice fusiformis, crassiusculus, abdomine subanguloso-rotundatus, superius medio squamarum seriebus 47; squamae omnes laeves et versus scuta abdominalia magis magisque majora, dorsi antici minimae oblongo-ovales ac interdum subconcavae, dorsi medii ovatae, sensim rhomboideo-lanceolatae, serierum trium penultimarum in utroque latere magnae, latae, apice rotundato-acuminatae, seriei ultimae maximae, scutis abdominalibus similiter

formatis paullo angustiores, semilunulares, in utroque vero apice introrsum abscissae; scuta abdominalia angustissima squamarum adjacentium forma, numerosa; scutum anale mediocre, unguis extremitatis posticae ad utrumque ani latus parvus, recurvatus; cauda tenuis, breviuscula, compressiusculoteris, sensim attenuata, apice acutiuscula, scutis inferioribus omnibus divisis, squamis subrhombeis superius oblecta. Scuta abdominalia 276, scuta infraudalia 84 — 86.

Color. Caput totum supra, trunci caudaeque partes superiores et laterales omnes nigricant, inferiores flavae sunt; nucha lineis duabus longitudinalibus, longiusculis, largiusculo interstitio distantibus, sulphureo-flavis notata; adjectae sunt infra has taenias horizontales lineolae, quae vix usque ad tertiam trunci partem conspicuae, ac nuchalibus colore similes sunt; squamae in hac trunci parte fere omnes nigricant, at in ea primum maculae substelliformes in duplici serie longitudinali collocatae, dein lineolae transversae, maculis concolores, haud numerosae, sulphureo-flavae conspiciuntur, quoque jam omnes squamae, ultimis utrinque exceptis, in medio gerunt maculam flavam, sensim in squamis trunci inferioris ac caudae in aurantium vergentem; nec lineolae in trunco posteriore horizontales nec transversae ad sunt, attamen maculae parvae in quadruplici serie, e maculis squamarum reliquis majoribus, tribus aut quatuor congestis, aurantiacis composita, magnis intervallis distant; flavedo squamas versus abdomen magis magisque occupat et squamarum series ultima toto flavicat; scuta labialia maxillae et mandibulae, caput subtus nec non totum abdomen sulphureo-flava sunt et immaculata, exceptis scutis abdominalibus versus anum magis magisque nigricanti-nubilatis; scuta infraudalia flavo-nigricantique nubilata; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 5'6³/₄"", caudae solius 10", capitis 2¹/₄""; ambitus trunci pone occiput 3"4"', in medio 6"', prope anum 2³/₄"", caudae ad basin 2" 1"', in medio 1" 4"', in apice extimo 2¹/₂""; oculi distant a rostri apice 7¹/₂"".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Nova-Hollandia, non infrequens, ut videtur, in Dusky-Bay.

OBSERVATIONES. *Specimina hujus speciei adsunt in Museo Parisiensi, Lugdunensi Batav. ac in collectione mea; descripto vidi multo majora, attamen simili modo picta. Puncta nec non maculae trunci flava in speciminibus exsiccatis restant, at in iis pallescunt quae in spiritu vini asservantur. Species haec pulcherrima format ob capitis structuram transitum a Pythonibus ad Xiphosomata, attamen ad ex ea genus distinctum formandum characteres nullo modo sufficiunt. — Figuram Whiteianam in operis sui tabula 46 (Snake Nr. 1. p. 259.) spectandam juvenem Pythonis Peronii monstrare credo.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS



ASPIDOCOLONIA SEMI-EASCIATUM.

ASPIDOCLONION SEMIFASCIATUM.

HALBGEBÄNDERTER SCHILDRÜCKEN.

T A B. II.

Character essentialis. Squamis omnibus laevibus, trunci antici hexagonis postici majoribus subovato-rhombeis, caudae brevis, obtusiusculae rhombeis; spina dorsi ac caudae cestriiformi-compressa; abdomine rotundato absque angulis prominulis, capitis parte infima labiisque laete flavis, unicoloribus; capitis partibus superioribus, occipite, nucha et collo supremo fasciisque trunci superioris circiter 20 latis, rectissimis, scutorum abdominalium marginem externum attingentibus violaceo-nigris, fasciis trunci totidem fere flavis, angustioribus et unaquaque squamarum macula parva violaceo-nigra medio notata; cauda annulis alternantibus violaceo-nigris, et flavis violaceo-nigro variegatis. Scut. abd. 212 — 220, scut. infracaud. 46 — 50.

SYNONYMIA. *Seba* Thes. 2. t. 66. f. 1, 2, 3, 4 (figurae pessimae) — *Coluber candidus* *Linn.* Mus. Adolph. Frid. 1. p. 33. t. 7. f. 1. (Descriptio et icon non satis accuratae.) *Bonnater.* Ophiolog. p. 39. nr. 98. t. 21. f. 41. (icon Linneana.) *Lacép., Latr., Daud.* — *Bungarus semifasciatus* *Oppel* in Mus. Paris., *Boie* in Mus. Lugd.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput vix distinctum, depressissimo-ovatum, obtusum, latiusculum, ante oculos versus labia subrotundato-declive, impressiusculum, pone illos prominulo-convexiusculum, labiis convexiusculis, maxillae prominulis, rictu rectiusculo lato; faciei latae longitudo mediocris, nares rostri apici approximatae, in marginis interni apice scuti nasalis sitae, majusculae, perpendiculari-ovatae, deorsum spectantes, margine interno prominulo; oculi laterales, parvi, rotundi, pupilla circulari, parum prominuli, a rostri apice multum amoti; scuta: scutum rostrale magnum margine obsolete angulosum, subrotundatum, inferius medio emarginatum unde subsemilunulare; scuta frontalia antica duo mediocria, irregulariter quadrangula, latere externo subrotundato, scuta frontalia posteriora magna anterioribus dimidio majora pentagona, antice recto-, pone trigono-terminata; scutum verticale breve aequae longum ac latum, hexagonum, attamen angulus versus scuta frontalia posteriora spectans parum emergens; scuta occipitalia magna, irregulariter terminata, versus verticem triangularia, lateribus externis, subapicalibus obsolete biemarginata; scutum nasale magnum, quadrangulum, latere interno naribus emarginatum; scutum loreum mediocre, trigonum, cum apice acuminato versus oculos spectans, lateribus subtilissime emarginatum; scutum oculare anterius unicum mediocre, pentagonum, planum; scuta ocularia posteriora duo aequalis fere magnitudinis mediocria, superius quadrangulum, inferius, vix minus, subpentagonum; scuta superciliaria subparva, brevia, pone recto-truncata, bi-, antice tri-angulosa, plana, super oculos margine externo non proeminentia, sed ibi recta; scutum temporale unicum utrinque longiusculo-quadratum, interdum obsolete subquingulum, pone squamis nonnullis majusculis rhomboidalibus munitum; scuta marginalia labii superioris 7, primum omnium minimum, triangulum, latere externo oblique truncatum, secundum, tertium et quartum aequali magnitudine et forma, mediocria, quinquangula, apice supremo triangula, lateribus rectissima, quintum majusculum praecedentium forma, attamen his dimidio majus ac latere inferiore quam superiore multo latius, sextum magnum, omnium maximum, pentagonum, superius perquam dilatatum et trigonum, versus basin magis magisque attenuatum, ultimum praecedente multo minus irregulariter quadrangulum, pone subrotundatum; scutum labiale medium mediocre, planum, trigonum, scuta labialia accessoria longiuscula apice interno regulariter triangula; scuta marginalia labii inferioris 6, primum et ultimum omnium minima, parva, illud subre-

gulariter quadrangulum, hoc oblongo-quadratum, penultimum ejusdem formae, attamen duplo majus, sequens dein altius sed brevius, suboblique quadratum, proximum omnium maximum, permagnum, scuti-forme, margine inferiore usque ad scuta mentalia extensum, scutum sequens praecedente dimidio fere minus, pone rotundatum, angustius versus primum; scuta mentalia anteriora lata, posterioribus dimidio fere majora, harpiformia, posteriora mediocria, pone ovato-terminata, antice latere interno oblique abscissa; squamae gulares mediocres regulariter hexagonae; dentes pone tela imperforati 2-5, reliqui ut in omnibus speciebus hujus generis formati. Truncus elongatus gracilior, latere inferiore rotundatus, superiore versus spinam dorsi perquam compressus, in spina dorsi ipsa acuminatus, aequali fere ambitu ab occipite usque ad anum, versus hunc et occiput paullo angustior, per totam longitudinem squamarum seriebus 15, squamae omnes laeves, planae, trunci antici hexagonae, postici majores, subovato-rhombeae; scutella spinae dorsi lata, omnia sexangula, versus caudam magnitudine paullo decrescentia, suprema medio perquam cestri-formi compressa; scuta abdominalia latitudine totum abdomen occupantia, numerosa, mediocria, scutum anale largum, pone rotundatum, integrum; cauda brevis subtus planiuscula, reliqua parte tereti-compressiuscula apice subobtusa squamis fere rhombeis, spinae scutellis hexagonis, scutis inferioribus omnibus integris. Scuta abdominalia 212—220, scuta infracaudalia 46—50.

Color. Capitis totius pars superior, nucha ac collum supremum fuliginoso-nigra, unicolora, egregie violaceo-resplendentia; trunci totius superioris pars reliqua fasciis alternantibus laete flavis ac fuliginoso-nigro violaceis, latis; fasciae hae obscurae trunci supremi latissimae versus inferiorem magis magisque latitudine decrescentes, omnes versus scuta abdominalia, quorum latera attingunt, pallescentes; fasciae flavae obscuris semper multo angustiores in squamis omnibus medio macula oblonga fuliginoso-nigro violacea, in scutellis maculis talibus binis notatae, unde laete variae; cauda tota ejusdem picturae, attamen non fasciata, sed annulata, annulis binis obscuris, superius medio divisis, ut plurimum subtus confluentibus; labia maxillae et mandibulae, capitis pars inferior ac reliqua trunci inferioris pars laete subvitellino-flava, immaculata; irides ..?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 3' 5 $\frac{1}{4}$ "", caudae solius 4" 11"", capitis 1 $\frac{1}{4}$ ""; ambitus capitis immediate pone nares 1 $\frac{1}{4}$ "", pone oculos 1" 10 $\frac{1}{2}$ "", occipitis 2" 1"", colli supremi 1 $\frac{3}{4}$ "", trunci in medio 2 $\frac{1}{2}$ "", prope anum 1 $\frac{3}{4}$ "", caudae ad basin 1" 4"", in medio 11"", in apice extimo 5""; oculi distant a rostri apice 4 $\frac{1}{2}$ "".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Java insula satis frequens.

OBSERVATIONES. *Exemplaria hujus speciei asservantur in Museo Parisiensi, Lugdunensi Batav., Monacensi ac in collectione mea; colore vix variant; quoque solum annuli flavi in spiritu vini albescunt. — Huc sane referendus est LINNEI Coluber candidus cujus scutella spinae dorsalis describere omisit auctor clarissimus; LACÉPÈDII ac DAUDINII adjecta ù vero varietas, mihi prorsus ignota, spectat colubrum toto coelo diversum. — Pone tela in osse maxillari dentes quinque imperforatos, parvos palatinis magnitudine aequales retrorsum flexos in speciminibus duobus a me dissectis observavi, duos solum invenit amicissimus HENRICUS BOIE, igitur horum numerus non constans esse videtur. Pedis postici vestigium in specimine a me dissecto, male conservato, detegere mihi non contigit; forsitan reperitur in exemplaribus melius adfectis. — Aspido-clonion annulare a hac specie primo intuitu, squamis trunci annulati latioribus nec non capitis pictura distingui potest, specimina contra in museo Lugdunensi sub nomine Bungari Ferri equini KUHLLII spectanda, sicut hujus auctoris descriptio ipsa nullam mihi ab Aspido-clonion annulari ostendebant differentiam.*

MOZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS, USA



HYDROPHIS MELANURUS.

Tab:III.

HYDROPHIS MELANURUS.

SCHWARZSCHWÄNZIGE WASSERSCHLANGE.

T A B. III.

Character essentialis. Trunco gracili tereti-compresso, postico sensim latiore, superius in medio rotundato-compresso, squamis parvis rhombeis medio punctulo gibbo notatis; cauda trunco non latiore trigono-terminata, schistaceo-aterrima, unicolore; scutellis abdominalibus hexagonis schistaceo-aterrimis, punctulis duobus aut tribus gibbis notatis; capite flavo exceptis taenia supra oris angulum orta, infra oculos dein arcuata supra rostrum infra nares ducta, maculaque verticis usque ad occiput extensa nigricantibus; trunco supra laete olivaceo-viridi squamis nigricanti-marginatis, ad latera sulphureo-flavo ab occipite usque ad caudae basin fasciis in abdomine cum scutellis coadunatis, superius maculis rotundis schistaceo-atris interpositis variegatis dissecto; fasciis ante caudae basin duabus penultimis flavis rubro-lavatis. Scutellis abdominalibus 154.

SYNONYMIA: 0

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput indistinctum, oblongum, depressum, planum, obtusum, a naribus ad rostri apicem devexum, lateribus convexum; oris angulus subtiliter adscendens; mandibulae margo a maxillae illo inclusus; nares a rostri apice multum distantes, supernae, punctiformi-rotundatae, exterius in scuti frontalis antici fissuram excurrentes; oculi laterales attamen pilei margini proximi, perquam parvi, recti, circulares, pupilla circulari, parum prominuli, non scutorum superciliarium margine prosiliente adumbrati, oris angulo paullo propiores quam rostri apici; scuta: scutum rostrale majusculum, pentagonum, margine infimo subtiliter biemarginatum; scuta frontalia anteriora magna quadrata, in parte postica quam antica suboblique truncata paullo latiora; scuta frontalia posteriora anticis dimidio minora, pentagona; scutum verticale mediocre subturiforme, margine antico subtiliter biemarginatum; scuta occipitalia magna, oblonga, margine externo subobliquo, vix anguloso, apice postico paullo attenuato, antico rectiusculo-truncato; scuta occipitalia sequuntur lateraliter squamae 2-3 reliquis trunci superioris majores, irregulares; scuta nasalia ac scuta lorea nulla; scutellum oculare anticum unicum, parvum, regulariter pentagonum; scuta superciliaria latiuscula, brevia, pone recto-truncata, antice obsolete-trigona; scutum temporale unicum, magnum, rhombeo-pentagonum; scutella ocularia posteriora duo, quadrata, pone subrotundata; scuta marginalia labii superioris septem, quorum ultimum squamiforme, penultimum minutum, rhombeum, reliqua altissima, prima locum scuti lorei ac nasalis occupantia, versus marginem inferiorem convexa; omnium margo inferior acutus et a sequente interstitio parvo diremtus est; scutum primum mediocre, angustum, apice supremo subtrigonum, secundum omnium maximum apice supremo dilatatum, subtrigonum, tertium, quartum, quintum aequali altitudine ac latitudine, subobliqua, apice supremo subtrigona; scutum labiale medium subparvum, angustiusculum, acuto-trigonum; scuta labialia accessoria majuscula, oblonga, lanceolato-terminata; scuta marginalia labii inferioris octo, quorum duo ultima squamiformia, reliqua majuscula, tertium omnium maximum, omnia subrhombea, primum vero ac secundum tertio paullo breviora sunt; quartum, quinto paullo majus, brevius est primo; scuta mentalia quatuor, majuscula, antica posticis dimidio majora, oblongo-subquadrata, postica fere pentagona; scuta omnia capitis obtecta sunt, accuratius contemplata, verrucis minutissimis, numerosis; gula obtegitur squamulis oblongo-rhombeis, subtilissime verrucosis; dentes ut in congeneribus formati, maxillae utrinque primus reliquis paullo major. Truncus longus, gracilior, ab occipite usque ad medium angustus, compressiusculo-teres, dein usque ad caudae basin sensim incrassatus, magis compressus, supra et subtus in medio compresso-rotundatus; squamae parvae, trunci superioris medii rhombeae, lateralis hexagonae, omnes medio punctulo prominulo munitae; scutella abdominalia angustissima, hexagona, punctulis duobus aut tribus gibbis obtecta; scutella ante anum desinunt, quae re-

gio squamis oblecta est pone rotundatis subtilissime verrucosis; ani orificium semilunulare occurrit, margine postico squamulis numerosis, angustis cinctum; cauda brevis, compressissima, trunco postico non altior, subito trigono-terminata, in apice extimo squama magna, juxta quam lateraliter utrinque alia trigona adest, terminata, squamis obsolete hexagonis, medio punctulo gibbo armatis obsita; margo caudae superior ac inferior rectissimus, integerrimus est, non pellucidus. Scutella abdominalia 154.

Color. Caput flavum, macula lata a scutorum frontaliū posticorum margine postico usque ad nucliam extensa ac taenia supra oris angulum incipiens, infra oculos et arcuata ante nares supra rostrum ducta nigricantes; scutum labiale ac scuta mentalia olivascenti-lavata; dorsum totum laete olivascenti-viride squamarum limbo subtili nigricante, ejus latera ac abdomen laete sulphureo-flava, exceptis scutellorum abdominis serie schistaceo-atra ac fasciis ante caudam duabus penultimis flavis rubro-lavatis; cauda tota schistaceo-aterrima, unicolor; truncus ab occipite usque ad caudae basin cingitur annulis 44 angustiusculis schistaceo-atris per interstitia aequalia diremtis; in utroque margine integerrimi, subtus vero abdominali linea schistaceo-atra dissecta sunt; annuli ut plurimum in dorso medio ac versus scutella abdominalia paullo latiores sunt quam ad latera; in spina dorsi adsunt inter fascias, in medio interstitii olivaceo-virescentis, maculae schistaceo-atrae, prima pone occiput conspicua; maculae hae ut plurimum rotundae sunt, mox majores mox minores; raro versus truncum infimum in fasciolam ellipticam vergunt; omnium minimae sunt in medio trunci; irides . . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 17", caudae solius 1" 4/4", capitis 7"; ambitus capitis immediate pone nares 10", pone oculos 1", occipitis 1", colli supremi 1", trunci in medio 1" 5", prope anum 1"; cauda ad basin alta est 3/4", in medio et ante apicem 4".

Habitatio et vitae ratio. Indiam orientalem inhabitat.

OBSERVATIONES. *Specimen purissimae conservationis nunc descriptum, communicatum ab amico venerato BOILLEAUD, inspectore summo in rebus navalibus in Portu Gratiae, adest in mea amphibiorum collectione. Hoc ex India orientali allatum fuisse dixit amicus. — Color ruber prope caudae basin mox pallescebat; reliquis hucusque restabat; epidermide detrita fasciae schistaceo-nigrae aterrimae fiunt. SHAWII Hydrus spiralis (Gen. Zool. V. 3. T. 2. p. 564. t. 125) nisi eadem, attamen species perquam affinis similisque est. De Hydrophe melanuro sequentibus characteribus potissimum discedere videtur. In Hydro spirali trunci color universalis flavus est; truncus vero cingitur annulis intense castaneo-fuscis; inter quos quidem annulos adsunt maculae rotundae concolores, in trunco medio (?) incipientes, alternantes; cauda lata nigra gerit prope basin flavas maculas; margines ipsius quoque sunt subpellucidi. — Ad amplio-rem vero comparisonem Angli ipsa verba ponam: Yellowish Hydrus with brown bands, longitudinally confluent beneath. Its length is about two feet, and its habit slender: the body much compressed throughout; the back rising into a very sharp carina (in Hydrophe melanuro non conspicua); the abdomen being also carinated, but having a flattened edge of scales somewhat wider than the rest, and measuring about the fifteenth of an inch in diameter: the head is small, and covered with large scales: the moude wide; the scales on the whole animal moderately small, ovate and slightly carinated: the ground colour is yellow, barred in a beautiful manner from head to tail with deep chesnut-brown or blackish fasciae, each widening on the abdomen, and thus forming a highly distinct and handsome pattern when viewed on each side seeming to constitute so many large, round, yellow spots on a blackish ground: the back, at about the middle, is marked, along its upper part, with a row of rather large, round, blackish spots situated between the fasciae, and so placed as to be in some parts on one side, and in others on the opposite side of the dorsal carina; while some few are seated on the middle of the ridge itself: this variegation is continued to the tail, which is about an inch and three quarters long, black or deep brown, with a few yellow patches towards its beginning: it is remarkably broad for the size of the animal, and very thin on the edges, so as to be semitransparent on those parts; the carina on the back is so sharp as to surpass in this respect every other species of serpent. — In Hydrophe melanuro dissectio mihi nullum ostendebat extremitatis posticae vestigium.*



COLUBER LICHTENSTEINI Neuw.

COLUBER LICHTENSTEINII *Neuw.*

L I C H T E N S T E I N S N A T T E R.

T A B. IV.

Character essentialis. Capite subdistincto aequae alto ac lato, quadrangulo, longiusculo; oculis maximis; trunco subfusiformi tereti-compressiusculo; cauda longiuscula, tereti; squamis laevibus trunci supremi ac caudae subhexagonis, trunci medii rhomboideo-lanceolatis; capitis lateribus laete olivascentibus, macula infra-oculari lata, oblique versus oris angulum ducta nigra, pileo olivascenti-brunneo; ejus fasciis tribus nigris et occipitis macula subgeminata longitudinali fusco-nigris; trunco ac cauda supra olivascenti-brunnescentibus, lateribus olivascentibus, illo superius maculis magnis, distinctis, intense brunneis, nigro-marginatis, primis oblique rhombeis, reliquis orbicularibus, omnibus cum annulis lateralibus scutorum abdominalium, irregularibus, nigris cohaerentibus; trunci inferioris parte reliqua pallide flava; scutis labialibus omnibus flavidis nigro-marginatis; cauda subtus in fundo flavido annulis obsoletis nigricantibus varia. Scut. abdom. 178 — 183, scut. infracaud. 85 — 97.

SYNONYMIA: *Coluber capistratus* LICHTENST. Verz. der Dubl. des Berl. zool. Mus. p. 104. *Coluber Lichtensteinii* *Neuw.* Beitr. zur Naturg. Brasil. 1. p. 305. (Descriptio optima) *Id.* Abbild. zur Naturg. Brasil. und Schriften der Kaiserl. Leop. Carol. Akad. T. 12. P. 2. p. 496. t. 46. (Fig. mediocr.) —? *Coluber bifossatus Raddi* mem. di Rettili nuov. p. 23.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, aequae altum ac latum, quadrangulum, subangustum, altum, longiusculum, lateribus perquam perpendicularibus, superius planum, versus rostrum altiusculum, acutiusculo-obtusum parum declive, ante oculos admodum impressum, maxillae marginibus parum prosiliens; facies longa; oris angulus versus occiput ascendens; nares majusculae, perpendiculari-ovales, rostri apici perquam approximatae, in medio scuti nasalis sitae; oculi laterales, maximi, in medio fere capitis siti, vix conspicue versus rostrum deorsum inclinati, pupilla majuscula rotunda; lingua nigricans, lateribus albida, pallida apice; scuta: scutum rostrale magnum, altum, medio convexum, versus scuta frontalia anteriora subtriangulari-terminatum, dein lateribus submarginatum unde versus basin in utroque latere angulosum; scuta frontalia anteriora mediocria subpentagono-quadrangula, scuta frontalia posteriora anterioribus ultra dimidium majora, subquadrangula, attamen angulo postico externo subrotundato-truncata; scutum verticale campanuliforme, pone trigono-terminatum, mediocre, scutis superciliaribus paullo majus, lateribus subtiliter sinuatum; scuta occipitalia majuscula, irregulariter subquadrangula, pone non acuminata sed rectiusculo-truncata, ibi apice subsinuata, dein lateribus usque ad medium laterale subtiliter oblique truncata ac ibi angulum parvum, prominulum efficientia; scutum nasale magnum quadrangulum, attamen in utroque latere subrotundato-terminatum; scutum loreum irregulariter quadrangulum, latere interno perquam oblique truncatum, unde parte suprema quam infima multo angustius; scutum oculare anterius unicum subclavatum, magnum, apice superiore sursum flexum et cum apice scutorum superciliarium apicem anticum attingens, paullo infra haec latiusculum, infra subsubito attenuatum; scuta ocularia posteriora duo parva, angusta, superius inferiore paullo majus apice supremo tri-, infimo subbiangulosum, inferius longius quam altum, margine externo obsolete triangulosum; scuta superciliaria mediocria, pone rectiusculo-truncata, latiuscula, antice attenuato-acuminata, margine externo supra oculos paullulum prosiliente; scuta temporalia duo oblonga, mediocria, anticum postico paullo majus, illud superius squama interjecta elliptica munitum, ambo in utroque apice triangulosa; scuta marginalia labii superioris 8, excepta squama ultima subscuti-formi, scuta tria prima fere magnitudine aequalia, primum parte antica superius suboblique truncatum, secundum suboblique collocatum et tertium quadrangula, quartum et quintum illis vix dimidio majora ejusdem forma, attamen superius versus oculos subintrorsum flexa, sextum magnum, trigonum, attamen apice supremo sub-

truncatum, margine externo obliquum, septimum omnium latissimum pentagonum, angulum acutum versus oculos vergens, octavum septimo dimidio fere minus, quadrangulum, attamen marginis postici angulis obsoletis; scutum labiale parum trigonum; scuta labialia accessoria mediocria, angusta, pentagona, apicem triangulosum versus scuta mentalia vergens; scuta marginalia labii inferioris 7, duo prima parva, quadrangula, posticum antico parum majus, tertium secundo paullo majus ejusdem formae, excepto margine postico infimo subsinuato, quartum omnium maximum, magnum, oblongum, antice bi-postice subtriangulosum, quintum quarto dimidio brevius, rhombeum, sextum et septimum quinto dimidio fere angustiora, oblongo-subquadrangula, scuta mentalia anteriora mediocria posterioribus breviora, oblonga, antice subtri-, postice in linea obliqua bi-angulosa; scuta mentalia posteriora longa, apice postico extrorsum verso divergentia, antice biangulosa, pone subobsolete trigona; squamae gulares oblongae; dentes parvi, numerosi, aequali longitudine ut in omnibus Colubris formati. Truncus elongatus, fusiformis, tereti-compressiusculus, subgracilis, dorso vix compressus, abdomine rotundatus, superius per totam suam longitudinem squamarum seriebus 15 obtectus; squamae omnes laeves, aequales, exceptis abdomini confinibus majusculis pentagonis, trunci supremi ac caudae subhexagonae, trunci medii rhomboideo-lanceolatae; scuta abdominalia latiuscula, mediocria; scutum anale mediocre medio fissum; cauda longiuscula, teres, a trunco subdistincta, acuta, scutellis inferioribus omnibus medio divisis. Scuta abdominalia 178—183, scuta infracaudalia 85—97.

Color. Capitis et trunci antici latera olivascentia, postici ac caudae in grisescenti-flavidum vergentia, caput et truncus nec non cauda supra magis magisque in colorem olivascenti-brunnescentem vergentia, hic et illic atomis nigricantibus conspersa, vero scuta marginalia labii superioris ac inferioris flavida nigro-marginata, taenia transversa capitis superioris subconspicua in scutis frontalibus anterioribus, altera ante, tertia inter oculos, omnes brunneo-nigricantes, duae ultimae subtiliter fulvescenti-limbatae; vitta, verticalibus prorsus concolor, ab oculorum cantho postico versus oris angulum ducta, latiuscula; taeniae duae nuchales longitudinales in utroque scuto occipitali incipientes, ibi latiusculae et latere externo lineolam obliquam emittentes fasciis dictis concolores; maculae pone has taeniolas in trunco supremo sitae, interstitio mediocri inter se distantes, magnae, rhomboideae, intense brunneae, taeniola nigra, extus dilute fulvescenti-limbata, cinctae; trunci pars superior reliqua notata est maculis concoloribus et aequalibus interstitiis distantibus, attamen rotundis, versus latera extensis, ibi strictioribus, dilutioribus, margine nigro perquam denticulato et in binorum, rarius trinorum scutorum abdominalium latere externo in anulum irregularem, nigricantem, intus flavidum desinentibus, trunci antici vero maculae primae ab annulis abdominalibus lateralibus striola transversa nigra, flavido-marginata diremtae, mox iis cum striola transversa flavida approximatae sunt: omnes hae maculae atomis numerosis nigricantibus consperguntur; caudae maculae illis trunci infimi forma et colore similes, strictiores attamen et fere fascii-formes, versus caudae finem minus distincte marginatae; cauda subtus flavida, annulis indistinctis, ex atomis nigricantibus compositis, subnubilatis oblecta; capitis pars tota inferior flavida, immaculata, interdum scutis nigricanti-marginatis; truncus subtus, exceptis annulis, flavidus, interdum in scutorum medio annulis nigricantibus, obsoletissimis notatus; irides . . ?


Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 3' 3½'', caudae solius 10½'', capitis 13¼''; ambitus capitis immediate pone nares 1¼'', pone oculos 1¾'', occipitis 1'' 7''', colli supremi 1'' 5''', trunci in medio 2'' 4''', prope anum 1'' 7''', caudae ad basin 1'' 5''', in medio 9''', in apice extimo 2½''; oculi distant a rostri apice 4½''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat vulgatissimus in Brasilia a Rio de Janeiro usque ad Para locis paludosis, fruticosis, aquam ipsam intrans, parum velox, non timidus, ranis ac bufonibus victitans.


OBSERVATIONES. *Specimina hujus Colubri asservantur in Museo Parisiensi, Lugdunensi Batav., Monacensi ac in collectione mea; in spiritu vini parum pallescunt, abdominis pars solum flavida in sordide albidum vergit. — Animalia juvenilia adultis similia sunt, si excipias dorsi maculas in lateribus latiores, sibi approximatiores, intensius coloratas; adulta, quorum nonnulla ultra 7 pedes longa observavi, colore nunquam aut parum variant. — Species Colubro pantherino MERREMII proxima.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA

I.



II.



I. CYLINDROPALLIS RESPLENDENS,

II. ILYSIA SCYTTALE Hempr.

CYLINDROPHIS RESPLENDENS.

STRAHLENDE WALZENSCHLEICHE.

T A B. V. F. 1.

Character essentialis. Scuto loreo nullo; scuto oculari postico unico, antico nullo; capite plano, declivi, indistincto; trunco crasso, cylindrico, squamis omnibus laevibus, superioribus rhombeis, inferioribus subsemicirculari-angulosis; cauda brevissima, apice conico-ovato; capite et toto trunco supra in fundo nigro laetissime cyaneo-, viridi-ac aureo-viridi resplendentibus, unicoloribus, exceptis fasciis occipitis duabus (rarius unica) ac (interdum) puncto pone utramque narem aurantio-rubris; trunco inferiore fasciis albis ac cyaneo-nigris frequenter alternantibus vario; cauda subtus macula intense aurantio-rubra notata, cyaneo-nigro terminata. Scutel. infracaudal. 7—9. Adult.

SYNONYMIA. *Scheuchz.* Phys. sacr. t. 629. f. F., t. 748. f. 6., t. 660. f. 3. (Juvenis.) — *Seba* Thes. 2. t. 7. f. 3, 4. (fig. pessimae e speciminibus prorsus detritis) t. 25. f. 1. (figura (coloribus non illustrata) satis accurata, falso a cl. *Kuhl* pro specie nova habita. Vide *Isis* 1822. p. 373. Anguis corallina *Shaw* Gen. Zool. 3. T. 2. p. 282. t. 131. (icon *Sebana*) — Ang. squam. abd. 179. et squam. caud. 7. *Gron.* Mus. ichth. 2. p. 53. Zooph. 1. p. 18. Anguis rufus *Laur.* Rept. p. 71., *Gmel.* Syst. Nat. L. p. 1123., *Schneid.* Hist. Amphib. 2. p. 333., Anguis striatus *Gmel.* l. c. p. 1119. Eryx rufa *Daud.* Rept. 7. p. 263. Tortrix rufa *Oppel, Merr.* Syst. Amphib. p. 84. — Anguis Scytale *Russ.* Ind. Serp. 2. p. 30. t. 27. (fig. accurata exclusa caudae pictura.) *Ilysia* rufa *Hempr.* in litt.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Animal adultum. Caput indistinctum, a vertice versus rostrum perquam declive, depressissimo-planum, latum, rostro subsemicirculari-obtusatum, lateribus rotundato-declive, occipite subintumidum; oris rictus rectissimus, angulus vix ascendens; nares rostri apici proximae, parvae, punctiformes, antrorsum spectantes, versus angulum externum, anticum scuti frontalis primi sitae; oculi admodum parvi, recti, circulares, scuti superciliaris margine nullo modo prosiliente haud adumbrati, pilei margini proximi, rostri apici parum propiores quam oris angulo; scuta: scutum rostrale mediocre, lateribus rectum, pone trigono-acuminatum; scuta frontalia anteriora subparva, pentagono-quadrangula, posteriora, omnium capitis scutorum maxima, anticis quadriplo et ultra majora; horum angulus posticus externus attingit oculum; fere quadrangula sunt, margine postico subobliqua; scutum verticale, inter oculos situm, aequè altum ac latum, mediocre, fere trigonum, margine antico in medio obsolete angulosum; hoc sequuntur duae squamae majusculae, trigonae; scutum nasale, scutum loreum, scutum oculare anticum non adsunt; scutum oculare posticum unicum pusillum, quadrangulum; scutum superciliare aequè altum ac latum, trigonum, solum cum angulo antico externo oculum attingens; scutum temporale verum nullum, ejus loco squama majuscula trigona, scuta marginalia labii superioris sex, magna, primum omnium minimum, pusillum, immediate infra nares situm, regulariter quadrangulum, ultimum hoc parum majus, pentagonum, secundum anticum pentagonum, tertium, omnium fere maximum, quadrangulum, margine supremo subobliquo, quartum irregulariter quadrangulum margine supremo postico obliquo, sextum, quinto paullo angustius, pentagonum; scutum labiale medium parvum, trigonum; scuta labialia accessoria majuscula, oblonga; scuta marginalia labii inferioris quinque,

secundum omnium maximum, majusculum, pentagonum, primum, secundo paullo minus, quadrangulum, tertium et quartum oblongo-quadrata, tertium quarto paullo longius, ultimum pusillum, longiusculum, margine inferiore subrotundatum; scuta mentalia solum duo, scutiformia; inter amborum marginem internum exstat fovea lineari-longitudinalis; reliquum mentum obtegitur squamis mediocribus, subrhombis, eae quae proximae scutis marginalibus, reliquis paullo majora sunt; dentes haud numerosi, validi, acutissimi, palatini maxillaribus non minores; lingua teretiuscula, profunde emarginata, apicibus gracillimis. Truncus crassus, longulus, cylindricus; squamae omnes glaberrimae, politae, trunci superioris rhombae, inferioris subsemicirculari-angulosae, omnes imbricatae; squamae corporis inferioris eas superioris latitudine paullo superant, attamen squamae seriei abdominis medianae adstantibus forma similes iisdemque vix majora sunt; ani orificium mediocre obtegitur squamis duabus majusculis, in medio interstitio diremtis; unguis extremitatis posticae majusculus latitat in foveola juxta utrumque ani latus; foveolam ipsam obtegit squama; scutella caudae inferiora transversa, hexagona sunt; primum eorum, omnium maximum, antice squamis tribus quadratis limbatum est; cauda brevissima, in apicis conico-ovati medio mucrone brevissimo, obtusiusculo armata. Scutella infracaudalia 7 — 9.

Color. Caput supra et ad latera ac truncus totus superior in fundo nigro pro vario ad lucem objectu violaceo -, violaceo-viridi ac aureo-viridi, lapidis Labrador ad instar, egregie resplendent; juxta occipitis latera observatur lineola ascendens intense aurantio-rubra, alia interdum concolor juxta nuchae latera; interdum adest prope utramque narem macula punctiformis rubicunda; caput et totus truncus variegantur pagina inferiore fasciis aequae latis albis ac nigro-chalybeis, alternantibus, margine denticulatis; fasciae albae punctulis nigricantibus conspersae sunt; caudae pars inferior et fascia lateralis intense aurantio-rubrae, fere rubrae sunt, apex extimus chalybeo-ater est; irides obscurae.

Juvenis. Adulto similis, exceptis abdominis fasciis versus dorsum ascendentibus, in dorso medio diremtis; color trunci niger potius in castaneo-fuscum vergit, nitet.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 2' 1/2", caudae solius 7", capitis 11 1/2"; ambitus capitis immediate pone nares 13", pone oculos 1 1/2", occipitis 1" 11", colli supremi 1" 11", trunci in medio 1" 4", prope anum 1" 7", caudae ad basin 1" 6", in medio 1 1/4", ante apicem extimum 10"; oculi distant a rostri apice 3 1/2".

Habitatio et vitae ratio. Habitat satis frequens in Java insula; animal mirae pulchritudinis.

OBSERVATIONES. *Specimina Cyliodrophios resplendentis exstant in Museo Parisiensi, Lugdunensi Bat. ac in collectione mea. Auctorum, imo RUSSELLII, descriptio e speciminibus decoloratis; picturam e specimine vivo debeo cl. de REINWARDT. Color ater, cyaneo-resplendens inclinatur ad rufum in exemplaribus per longissimum tempus in spiritu vini asservatis; fasciae albae vergunt in albedo-flavidum, nec non caudae macula occipitisque fasciola rubrae albescunt; unde auctorum descriptiones prorsus erroneae. A Cyliodrophe melanoto (in Museo Lugdunensi Bat. exstante) simili specie ex Java, quam pictam sub nomine Tortricis melanoti mox expromit amicissimus de REINWARDT differt C. resplendens caudae apice nigro (in C. melanoto albo) fascia occipitali rubra (in C. melanoto non conspicua) nec non fronte nigra (in Melanoto alba medio macula nigra) fasciisque trunci inferioris latioribus, sibi approximationibus — RUSSELLII Shilay Pambo (Ind. Serp. 2. p. 32. t. 28) juniorem Cyliodrophem resplendentem exhibere videtur; in ista attamen figura maculae duae prope nares, animali juvenili praecipue propriae, non conspiciuntur. — Bene observavit primus, descripsit ac depinxit MAYER extremitatum posticarum unguem (Verhandl. der Leop. Carol. Gesellsch. der Naturf. B. 4. 1825. S. 831. t. 67. f. 5, 7.), tarsum ac metatarsum.*

ILYSIA SCYTALE Hempr.

G E F E S S E L T E I L Y S I E.

T A B. V. F. 2.

Character essentialis. Scutis frontalibus posticis omnium capitis maximis, scuto verticali quadruplo majoribus; oculis in medio scutelli subrhombi sitis; trunci aequalis, cylindranei, squamis laevibus rhombis, caudae brevissimae, corpori aequalis, cylindraneae, obtusae hexagonis; capite, trunco ac cauda intense cinnabarino-rubris, fasciis numerosis, margine denticulatis, annuliformibus; attamen supra, ad latera aut subtus alternantibus, aterrimis pictis; annulo capitis prope oculos incipiente, altero ante caudae apicem rubrum nigris, integris. Scutellis hexagonis abdominis 240—258, caudae 10—13.

SCHEUCHZ. Phys. sacr. t. 628. f. B., t. 668. f. 2. — SEBA Thes. I. t. 84. f. 1. (fig. mala.), II. t. 30. f. 3. (fig. bona.) Anguis squamis abdominalibus 240, caudalibus 3. LINN. Mus. Princ.-Amoen. Ac. 1. p. 296. Anguis Scytale LINN. Mus. Ad. Fr. 1. p. 21. t. 6. f. 2. Syst. Nat. 1. p. 392. LAUR. Rept. p. 70. GMEL. Syst. Nat. L. 1. p. 1121. cum varietatibus β , γ . LATR. Rept. 4. p. 220., DAUD. Rept. 7. p. 302. t. 87. f. 1. — Anguis scutis abdominalibus 227 et squamis caudalibus 14. GRONOV. Mus. ichth. 2. p. 54., Zooph. 1. p. 18. Anguis coerulea, A. fasciata LAUR. Amphib. p. 70, 71. Le Rouge BONNAT. Ophiol. t. 42. f. 7. LACÉP. 2. p. 450. t. 19. f. 7. Anguis rubra LATR. Rept. 4. p. 224. Tortrix Scytale OPPEL., CUVIER, MERR. Syst. Amph. p. 83. Ilysia Scytale HEMPR.

DESCRIPTION.

Corporis forma universalis. Caput indistinctum, trunco aequale, depressum, superius lateribus devexum, apice obtuso rotundato-truncatum, mandibula quam maxilla paullo brevior; oris rictus rectus, angulo recto; nares in rostri apice fere extimo in scuti frontalis antici margine extremo sitae, punctiformes, subparvae, introrsum spectantes, intus plica pusilla, subtereti, cutanea munitae; oculi fere in medio scutelli subrhombi siti, nullibi protuberantes sed cum reliqua capitis planitie aequales, laterali-superni, minutissimi, circulares, pupilla minima rotunda; scuta: scutum rostrale mediocre pone trigono-terminatum, margine infimo parum emarginatum; scuta frontalia anteriora parva fere pentagona, margine postico recto; scuta frontalia posteriora ingentia, omnium scutorum capitis maxima, latere externo angulum ante medium emittentia obtusiusculum, pone trigono-terminata; scutum verticale parvum, pone attenuatum, subconico-terminatum, antice trigonum, scutis frontalibus posticis quadruplo minus; scuta superciliaria nulla; juxta utrumque scuti verticalis latus adest squama majuscula, subrhombea, quam lateraliter sequitur secunda, latior, obliquo-hexagona, scutum temporale quodammodo repraesentans; reliqua capitis pars superior obtegitur squamis, quarum tres scutum verticale sequentes, reliquis occipitis parum longiores attamen earundem fere forma sunt; scuta lorea et ocularia, tam anteriora, quam posteriora non adsunt, scuta marginalia labii superioris sex, quorum ultimum squamiforme, tertium omnium maximum permagnum, supra trigonum, primum mediocre regulariter quadrangulum, secundum hoc paullo majus quadrangulum, quartum primo paullo majus quadrangulum, quintum quarti magnitudine attamen superius angulum parvum emittens; scuta marginalia labii inferioris sex, quorum ultimum squamiforme; tria antica majuscula aequali fere magnitudine, quadrangula, quartum quadrangulum primo vix dimidio minus, quintum quarto paullo minus postice subovatum; scutum labiale medium magnum, acuminato-trigonum; scuta labialia accessoria angusta, medio longiora, pone trigono-terminata; scutorum mentalium par unicum; maxima sunt haec

scuta, latiuscula, pone ovato-trigona, antice latere externo paullo biangulosa; medio includunt squamulam oblongam, pone trigonam, antice stricte acuminatam; pone utrumque scutum adsunt praeterea squamae duae rhombeae, reliquis, quibus caetera capitis inferioris pars obtegitur, paullo majores; harum antica tertia fere parte major quam postica; gulae squamae hexagonae, menti reliquae rhombeae. Truncus cylindraceus, elongatus, gracilior, squamarum seriebus 19; squamae trunci rhombeae, laevissimae, caudae fere hexagonae; scutella abdominis ac caudae transversa, angusta, hexagona, caudae integra; scutellum ani orificium obtegens semilunulare integrum; unguis extremitatis utrinque juxta ani latera minutus in foveola, superius squama tecta, latitans; cauda brevissima corpori aequalis, cylindracea, apice parum attenuato obtusissima. Scutella abdominalia 240 — 258, scutella infracaudalia 10—13.

Color. Caput, truncus et cauda intense cinnabarino-rubra; annulus aterrimus, latiusculus, regularis cingit caput, incipit prope oculos et ambit oris angulum; annulus similis, integerrimus cingit caudam ante apicem, qui ruber est; fascia caudae altera concolor, latior, ut plurimum latissima omnium corporis, adest supra suam basin, sed desinit juxta ani orificii latus; truncus totus obtegitur fasciis aterrimis numerosis, quae aequalibus interstitiis inter se distant; earum latitudo mediocris, margo undulato-denticulatus; mox alternant in dorso medio, mox in lateribus, saepissime in dorso; squamae rubrae dorsi medii variegantur apice maculis pusillis, interdum subobsoletis, nigricantibus, in animale juvenili conspicuioribus quam in adulto; lingua pallida est; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 2' 7 $\frac{1}{4}$ "", caudae solius 10 $\frac{1}{2}$ "", capitis 10""; ambitus trunci pone occiput et in medio 1 $\frac{3}{4}$ "", prope anum 1" 4"", caudae ad basin ac in medio 1" 1"", in apice extimo 7""; oculi distant a rostri apice 3 $\frac{1}{2}$ "".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Surinamo, in Brasiliae provinciis Amazono fluminis confinibus ac, ut dicitur, in Guiana et Cajenna; vivos edit foetus; victitat parvis amphibis. *)

OBSERVATIONES. *Specimina Scytalae, in Surinamo vulgatissimae, conspiciuntur in plurimis museis zoologicis. Color ruber pulcherrimus post animalis mortem mox in album vergit annulique nigri plus minusve ad fuscum sive plumbeum colorem inclinant; unde auctorum varietates Scytalae. Sola BONNA-TERREI ac CÉPÉDII colorum delineatio Anguis, quem sub rubri nomine ex Cajenna describunt, vera est. — Picturam Sebanam utramque (Il. t. 73. f. 2, 3.) pessimam, scuta ventralia et subcaudalia monstrantem huc ponendam esse vix dubito; iis innituntur LAURENTII, GMELINI ac SCHNEIDERI Anguis corallinus et Anguis ater. — Extremitatis posticae unguis a cl. MAYER primo detectus, descriptus et delineatus est in libro titulum gerente: Verhandlungen der Leopold. Carol. Akad. der Naturforsch. Bd. 4. S. 829. t. 67. f. 6. Unguis facile reperitur; in foveola angusta, juxta ani latera sita, superius squama tecta, latitat. Unguem hunc in speciminibus tredecim a me observatis nunquam quidem extra dictam foveolam inveni, nihilominus, ut in felibus, emissilis esse videtur.*

*) In specimine a me dissecto parum ultra pedem longo inveni Caeciliam lumbricoïdem pedalem, in solo capite laesam.

W. H. R. ...
LONDON ...



Phil. Schmid ad nat. del.

CYCLODIUS FLAVIGULARIS.

Tab. VI.

CYCLODUS FLAVIGULARIS.

G E L B K E H L I G E R K R E I S Z Ä H N L E R.

T A B. VI.

Character essentialis. Capite maximo tetragono-pyramidali scutis verticalibus quatuor, quorum antico, omnium maximo, et postico pyramidalibus, duobus mediis anguloso-rotundatis; squamis laevibus hexagono-semicircularibus; cauda compressa culmine obsolete quadricarinata; uropygio plano; capite toto ochraceo-aurantiaco, solum scutis verticis ac occipitis nigricanti-marginatis; trunco et cauda subsordide ochraceo-aurantiaco fasciis 19 fusco-aterrimis, in abdomine variolosis, in caudae pagina infima regulariter confluentibus; fascia occipitali subarcuata, angusta, nigra, e medio et ex utroque latere lineam longitudinalem emittente; pedibus fusco-nigris, subtus, raro supra, maculis pusillis flavis pictis. Scutel. infracaud. 53.

SYNONYMIA: 0

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput maximum tetragono-pyramidale, temporibus perquam intumidum et protuberans, dein lateraliter usque ad rostri apicem applanatum, quare verticis margine angulosum, ante oculos vix impressum; tota capitis pagina superior applanata, obsolete supra frontem conspicuius convexa, apex extimus obtuso-acuminatus, maxillae ac mandibulae margines verticales; mandibula maxillae longitudine; nares rostri apici proximae, laterales, mediocres, subelliptico-rotundatae, antrorsum spectantes, in foveola sitae; oculi mediocres, aequae distantes ab auribus ac a naribus, verticis-margini confines, a margine maxillae longe distantes; scuta: scutum rostrale mediocre parum altum triangulum, in utroque apice laterali scutello minimo terminatum; scutum superius sequens majusculum hexagonum, apice antico angustiore; hoc sequuntur scuta duo, unum alteri lateraliter adnatum aequalis magnitudinis ac formae, majuscula, pentagona, juxta scutorum verticalium primum perquam oblique truncata; scuta verticalia quatuor, quorum primum omnium capitis longissimum, elongato-campaniforme, antice trigonum, parte posteriore angustato-lanceolatum, scuta verticis sequentia duo lateraliter sibi adnata aequalis magnitudinis et formae, mediocria, subanguloso-rotundata, scutum verticale posticum latiusculum, primo tertia parte brevius, triangulo-hexagonum, lineolis duabus longitudinalibus exaratis, parallelis (an in omnibus speciminibus?); in utroque hujus scuti latere extat scutum majusculum fere pentagonum, quod pone sequitur aliud paullo minus subobliquum, fere quadratum, subsequenter scutellis ac scutis, irregulari-quadratis; scutellum nasale parvum situm est in scuti majoris parte antica inferiore; hoc scutum majus pone subrotundatum, versus scutum rostrale angustato-acuminatum, minus, nares recipiens, potius pro plica exarata majoris habendum est; hoc scutum inter et oculum intermedia scuta duo, quorum anticum oblongo-subquadratum, magnum, posticum pentagono-quadratum, antico minus dimidio; oculus cingitur supra et infra scutellis quatuordecim, magnitudine inter se paullo discrepantibus, subquadrangulis; scutella superciliaria adsunt quinque, quorum primum mediocre triangulato-pentagonum, secundum maximum pentagonum, versus scutum verticale primum praecipue dilatatum, tertium angustissimum, secundo minus altum, quartum subpentagonum, tertio paullo brevius attamen multo latius, ultimum minutissimum, fere triangulare; scuta temporalia extant in utroque latere duo (an tria?) magna, quorum inferius maximum, oblongo-subquadratum, superius hoc dimidio fere minus altum, anguloso-cuneatum, parte strictiore antrorsum spectantes; haec scuta duo, sicut scuta labialia 7 et 8, foveolis numerosis obsolete obsita sunt; scuta terminantur scutellis polygonis usque ad aures; scuta marginalia labii superioris 10; 2, 3, 4, 5, 6 aequali altitudine sed inaequali latitudine, quadrangula, primum quadrangulum infra nares situm dictis parum minus altum, septimum iisdem paullo altius, subpentagonum, octavum omnium altissimum ac latissimum, permagnum, pentagonum, nonum oblongo-quadratum antecedente multo minus altum, ultimum minutum quadrangulum; scuta marginalia labii inferioris 11, omnia aequali fere altitudine ac latitudine, exceptis secundo et tertio reliquis paullo latiora ac altiora, omnia subobliqua et quadrangula; scutum labiale medium latiusculum margine postico rectiusculo-truncatum; pone id observatur scutum

transversum margine postico in medio angulum subobsoletum emittente, dein sequuntur infra utramque seriem scutorum labialium scuta quaterna, labialibus multo majora, magna, irregulariter quadrangula, laevissima; duo ultima horum scutorum a labialibus interjectis squamis diremtae sunt; reliqua capitis pars inferior obtegatur squamis cuti adpressissimis, laevissimis, transversis, hexagono-semicircularibus, quae vero inter scuta infra-labialia extant potius polygonae sunt; nares mediocres, verticali-ellipticae, latiusculae, margine antico squamulis tribus semicircularibus munitae, postico squamulis pusillis ejusdem formae, numerosis obsitae; dentes palatini nulli, maxillares postici corona orbiculares, antici ac primores parvi, angusti apice obtusi; lingua carnosae non emissilis, plana, lanceolata, pone perquam dilatata, apice integra sed margine ibi sursum subplicata, pagina lata superiore numerosissime et subtilissime papillosa; truncus tereti-compressiusculus, longulus, medio paullo incrassatus, dorso medio obtusissime compressus, supra humeros et uropygium applanatus; collum mediocre, lateribus compressum, supra dilatato-applanatum; squamae colli ac totius trunci laeves, hexagono-semicirculares, imbricatae, in collo supremo quam in reliquo trunco, praesertim pone occiput, latiores ac per series longitudinales regulares dispositae, in trunco undique aequali magnitudine; in uropygio applanato, et subconspicue in spina dorsi, squamae medio longitudinaliter compressae sunt, quo fiunt carinae obtusae ac lineae in uropygio ac caudae culmine (ubi aequo modo conformatae apparent) longitudinales; pedes quatuor digitis aequali longitudine; pedes breviusculi, robusti, brachium ac femur compressa, antibrachium depressum, tibia teres; squamis obteguntur transversis fere hexagonis; digitorum teretum, robustorum, brevium squamae superiores transversae, quadratae, omnes aequali forma et magnitudine, excepta squama rhizonychium obtegente reliquis paullo majore perquam gibba, squamae inferiores superiorum forma in eo differunt, quod margo anticus prominulus sit, quare rugosae apparent; palmae ac plantae obteguntur squamulis gibbis, verruciformibus attamen laevibus; ungues parvi, parum arcuati, acutissimi, pagina inferiore longitudinaliter excavati, in omnibus digitis aequali longitudine; anus transversus antice marginatus est scutellis 6 majusculis, margine postico subrotundatis, laevibus; cauda longiuscula, compressa, inferius rotundata ac scutellis hexagonis 53 (in specimine meo) transversis, lateraliter squamis hexagonis, superius squamis supra descriptis obtegatur; apex extimus conico-acuminatus.


Color. Caput totum ac collum infimum ochraceo-aurescentia, immaculata, exceptis pilei scutis, praesertim verticis, fuscescenti-lavatis subtiliter nigricanti-limbatis; pedes digitique fusco-nigri, paullo cyaneo-micantes, subtus, raro supra, maculis pusillis, flavis picti; palmae ac plantae olivascenti-fuscescentes; ungues corneo-albidi; truncus et cauda ex subsordido-ochraceo aurescentes fasciis 19 aequalibus interstitiis diremtis, angustiusculis, fusco-aterimis, paullo cyaneo-micantibus ornata; fasciae hae caudam in morem annulorum prorsus amplectuntur ac latiores sunt quam in trunco, ubi ad latera stricta, in dorso medio paullo latiores fiunt, in abdomine vero marmoreo-dissitae maculis flavis interpositis laete variegantur; occiput terminat linea subarcuata fusco-nigra (arcu antorsum spectante) quae e medio lineam concolorem emittit rectam supra nuchae medium extensam, et in utroque latere in taeniam concolorem, versus humeros porrectam desinit; prope brachii articulationem taeniolae duae, mox divergentes, antorsum spectantes nascuntur fusco-nigrae; brachium versus articulationem flavo-variegatum; lingua ac palatum incarnata; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 13 1/2", caudae solius 6 1/2", capitis 1" 7/8", brachii 11", antibrachii 9", femoris 11", tibiae 9"; latitudo capitis immediate ante oculos 6", supra nares 2 1/8", ejusdem altitudo ante illos fere 7", ante has 3 1/8"; oculi distant a rostri apice fere 8".

Habitatio et vitae ratio. Habitat . . . ?

OBSERVATIONES. *Specimen descriptum, nitidissimum exstat in collectione mea. Spectat forsitan auctorum Scincus Gigas hoc animal. Quis vero e verbis „Scincus giganteus, albus, fasciis 19 nigris“ speciem certo colligere valeat? MERREMII Scincus Gigas (Tentam. Syst. Amph. p. 73. n. 17.) differt toto coelo; adest hic ab eo descriptus Cyclodus in Museo Lugdunensi Bat., fusca taenia pone oculos insignis, pedes 2 longus. Scincus nigro-luteus e Nova-Hollandia, qui describitur ac depingitur a cl. QUOY et GAIMARD (Voy. du Capit. FREYCINET, Part. Zoolog. T. 41.) spectat hoc genus ac species affinis est, quae a Cyclodo flavigulari colorum distributione, capitis praesertim, maxime variat. Adhuc huic generi inserendae sunt SHAWII Lacerta occidua ex Antillis insulis ac Lacerta scincoïdes e Nova Hollandia. (WHITE Journ. p. 242. c. Tab.)*

H
CA
A



HELICOPS CARINICAUDUS.

Tab. VII.

HELICOPS CARINICAUDUS.

K I E L S C H W E I F I G E S S C H E E L A U G E .

T A B. VII.

Capite depresso vix distincto; trunco tereti, aequali, longo, squamis rhombeo-hexagonis, dorsi supremi antici obsolete-, inferioris magis magisque conspicue-, infimi ac caudae tenuis totius perquam carinatis; capite, trunco toto ac cauda latere superiore fuliginoso-nigris, subtiliter olivaceo-lavatis, splendentibus, unicoloribus, squamarum serie ultima maculis parvis nigricantibus varia; taenia utrinque ad trunci superioris latera inferiora flava a capite usque ad anum ducta flava; capite, trunco et cauda subtus flavidis, triplici serie macularum guttiformium nigrarum, in trunco supremo ac in cauda solum duplici. Scut. abd. 137—148, scut. infracaud. 50—55.

SYNONYMIA: *Coluber carinicaudus*, *Prinz von Neuwied*. *Beyträge zur Naturgesch. Brasil. Bd. 1. S. 300.* (Descript. opt.) *Id.* *Abbild. zur Naturgesch. Brasil.*

D E S C R I P T I O .

Corporis forma universalis. Caput vix distinctum, obtusum, depressum, latum, lateribus maxillae prominulis convexiusculum, rictu reverso-subarcuato, latiusculo; facies admodum brevis, ante oculos impressiuscula, latiuscula; nares subsuperae, minutae, punctiformes; oculi subparvi, oblique collocati, large inter se distantes, rostri apici subapproximati, laterali-subsuperi, longiusculo-rotundati; scuta: scutum rostrale latiusculum, pentagonum, basi quam apice paullo angustius, angulo supremo medio acutiusculum; scutum frontale anticum unicum subtrigonum, versus scutum rostrale perquam attenuatum, pone admodum dilatatum et margine rotundatum; scuta frontalia posteriora duo mediocria, subirregulariter quadrangula attamen versus scutum verticale angulo brevi, subprominulo, extus versus scuta lorea deflexa; scutum verticale longiusculum, antice et postice fere aequale latum, pentagonum; scuta occipitalia magna, versus scutum frontale suboblique truncata et medio angulo parvo prominulo, postice acuto-angulosa, extus ibi oblique truncata; scutum nasale quadrangulum, majusculum a naribus superne sitis usque ad marginem infimum fissum; scutum loreum mediocre, quadrangulum, scutum oculare anterius unicum strictissimum, altiusculum, medio impressum, subtus et supra biangulosum; scutorum ocularium posteriorum superius mediocre, subirregulariter quadrangulum, inferius paullo majus quadrangulum, versus oculum oblique truncatum; scuta superciliaria mediocria, versus rostrum subtrigono-acuminata, postice biangulosa, supra oculos non procumbentia sed ibi subsinuata; scuta temporalia, bina utrinque, majuscula, superius inferiore majus, versus scuta ocularia irregulariter tri-, pone bi-angulosum, inferius ibidem tri-, antice in linea obliqua bi-angulosum; squamae occipitales majusculae irregulariter hexagonae, laeves; scuta marginalia labii superioris 8, marginibus perquam distincta, medio admodum convexo-protuberantia, omnia, excepto ultimo postice subobtuse acuminato, quadrangula, duo prima omnium minima, tertium his parum majus, sextum et septimum omnium maxima aequali magnitudine, magna, margine inferiore versus orem inflexa; scutum labiale medium minimum trigonum; scuta labialia accessoria angustiuscula versus scuta mentalia trigono-lanceolata; scuta marginalia labii inferioris 9,

duo prima minuta aequali magnitudine, quadrangula, tertium bis dimidia parte majus, subquadrangulam, quintum quarto tertia fere parte majus, margine postico in medio angulo prominulo, sextum, septimum, octavum et nonum magnitudine magis magisque decrescentia, irregulariter quadrangula; scuta mentalia anteriora et posteriora fere aequali magnitudine, longiuscula, angustiuscula, marginibus perquam distincta, anteriora apice antico subtrigona, postico oblique truncata, subbiangulosa, posteriora pone subulato-acuminata; squamae gulares oblongae, angustae 6; dentes ut in omnibus speciebus hujus generis formati; lingua stricta, teres, bifurca, longe emissilis. Truncus longus a capite usque ad anum aequali crassitie, teres, abdomine rotundatus, squamarum seriebus medio 19, versus anum seriebus 17; squamae hexangulo-rhomboidales, dorsi totius medii carina obsoleta, versus truncum posticum magis magisque conspicua ac magis magisque squamas laterales quoque occupante, in omnibus squamis a medio trunci usque ad anum conspicua et perquam distincta, munitae, exceptis seriebus squamarum scutis abdominalibus confinium duabus laevibus; scuta abdominalia mediocria, angustiuscula; scutum anale medio fissum; cauda subulato-acuminata, tenuis, teres, aculeo parvo, subcorneo, recto terminata, squamarum seriebus 8; squamae dorsalibus forma similes, solum breviores, sine exceptione perquam carinatae; scuta infracaudalia omnia divisa. Scuta abdominalia 137—148, infracaudalia 50—55. Color: Caput, truncus et cauda supra fuliginoso-nigra, subtiliter olivaceo-lavata, immaculata, attamen pro vario ad lucem objectu egregie lazulino-resplendentia ac squamae ultimae seriei maculis obsoletis parvis, nigris notatae; labia maxillae, taenia lata, rectissima utrinque juxta trunci superioris latera inferiora a capite usque ad anum ducta ac totum caput subtus flava; scuta abdominalia omnia quam taenia lateralis pallidius flava, horum unumquodque guttis tribus aterrimis, pro vario ad lucem objectu egregie lazulino-resplendentibus, scuti marginem anticum non attingentibus, notata, unde in abdomine series tres longitudinales guttularum; guttulae intermediae circiter post scutum vigesimum, primum obsoletae, sensim conspicuiores incipiunt et multum ante scutum anale evanescent; scutum caudae unumquodque flavum guttula subnubilata nigra notatum, unde in hac guttularum series duae longitudinales, rectae; guttulae in ultimis scutis hic et illic subnigricanti-conspersis evanidae; squamae scutis confines macula intermedia obscuriore nigra notatae; lingua nigra basi pallida; irides flavo-fuscae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 2' 11", caudae solius 6¼", capitis 1" 4"; ambitus capitis immediate pone nares 1½" pone oculos 1¾", occipitis 2" 2", colli supremi 2", trunci in medio 2¼", prope anum 2" 1", caudae ad basin 18", in medio 10", in apice extimo 4¼"; oculi amoti sunt a rostri apice vix 3".

Habitatio. Habitat in Brasiliae provincia Bahia, ac in sylvis magnis prope flumen Itapémirim, ubi lecta est a Principe Neovedano.

Vitae ratio: . . ?

OBSERVATIONES. *Specimen delineatum, masculinum, purissimae conservationis, a nauta ex Brasiliae provincia Bahia allatum, emi in Portu-Gratiae; adest in mea animalium collectione. Seren. Principis Vedani Neovedani descriptionis pars maxima egregie in illud quadrat, attamen dorsi medii supremi squamas obsolete carinatas describere omisit hic historiae naturalis fautor excelsissimus. — Colores Helicopos carinicaudi in spiritu vini asservati parum pallescunt; corporis solum partes flavidae ac flavae in colorem albidum, sordide rubicundum quasi vergunt. — Coluber plicatilis ac Coluber erythrogrammus species affines sunt et hoc genus spectant.*

MCZ
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



DIPSAS DENDROPHILA Reinw.

DIPSAS DENDROPHILA *Reinw.*

BAUMLIEBENDE KOPFNATTER.

T A B. VIII.

Character essentialis. Trunco fusiformi percompresso, dorso cestriiformi-compresso; squamis lanceolato-imbricatis laevibus, spinae dorsi majoribus, regulariter hexagonis, caudae omnibus hexagonis; scutis frontalibus perquam convexis; capite supra, trunco ac cauda aterrimo-cyaneis; scutis labialibus, maxillae ac mandibulae, flavis margine apicali atro; capitis parte infera gulae aureo-flavis, immaculatis; trunci latere fasciis aureo-flavis 36—40 angustis aureo-flavis, in spina dorsi diremtis, in trunco postico subconfluentibus, juxta scutorum abdominalium latus externum latioribus ibidemque desinentibus; cauda aureo-flavo annulata, annulis subtus latioribus, interdum inter se linea longitudinali concolore connexis; reliqua trunci inferioris parte nigra, subolivaceo-lavata, antica solum maculis aureo-flavis variegata. Scut. abd. 223—225, scut. infra-caud. 106—107.

SYNONYMIA: *Scheuchzer* Physico-Sacr. t. 662. f. 11. (fig. mediocr.) *Seba* Thes. 2. t. 21. f. 1. (An tabula Scheuchzeriana? Figurae ambae a cl. *Merrem* inter synonyma sui *Colubri Caninana* falso receptae.) *Coluber peruvianus* *Shaw* Gen. Zool. V. 3. T. 2. p. 483. (Descriptio e figura *Sebana*.) *Dipsas dendrophila* *Reinw.* in *Mus. Lugd.*, *F. Boie* Isis Bd. 20. S. 549.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput distinctissimum, breve, perquam ovato-incrassatum, occipitis lateribus admodum intumidum, superius inter oculos impressiusculum, laterum angulis obsoletis subrotundatum, ante oculos compressiusculum, supra nares perquam convexum, apice subtruncato-obtusum; maxillae labia, praesertim versus oris angulum, convexo-prominula; maxilla quam mandibula paullo longior; oris angulus adscendens; nares rostri apici approximatae, laterales, majusculae, rotundae, introrsum spectantes; oculi majusculi, circulares, prominuli, laterales, rostro quam oris angulo multo propiores, supremo scuti superciliaris margine externo non adumbrati; scuta: scutum rostrale mediocre subsemicirculare, margine externo obsoletissime angulosum, margine infimo vix sinuatum sed ante eum paullo impressum; scuta frontalia anteriora duo mediocria, quadrangula, latere externo oblique truncata, perquam convexa; scuta frontalia posteriora anticis duplo fere majora, admodum convexa, subpentagona, latere externo usque ad scutum loreum deflexa; scutum verticale mediocre, latiusculum, pentagonum, antice recto-, postice trigono-terminatum; scuta occipitalia majuscula, antice rectiusculo-, postice trigono-terminata, postice latere externo perquam oblique truncata; scutum nasale anticum mediocre, subquadrangulum, pone lunulari-emarginatum, scutum nasale posticum antico vix majus, concavo-lunulare; scutum loreum mediocre subtriangulum; scutum oculare anticum unicum magnum, subquadrangulum, multo altius quam latum, apice supremo scuti superciliaris marginem anticum attingens, scuta ocularia posteriora duo, mediocria, inferum superiore paullo minus oblongum, subovato-angulosum, superum pentagonum, fere aequale latum ac altum; scuta superciliaria scuto verticali paullo breviora eodemque paullo minus lata antice trigono-, postice recto-terminata; scuta temporalia utrinque duo, subsquamiformia, inferius admodum elongatum, angustum, in utroque apice trigonum, superius brevius polygono-oblongum; sequuntur nunc squamae plures majusculae, polygonae, quarum maxima pentagono-hexagona immediate pone scuta occipitalia; scuta marginalia labii superioris 8 quorum penultima maxima, antica mediocria;

ab antico usque ad penultimum magnitudine magis magisque crescunt; primum scutum triangulum, secundum quadrangulum, tertium subpentagonum, quartum quadrangulum, quintum et sextum altitudine aequalia fere quadrangula, quintum tantum apice supremo juxta oculum paullo truncatum, septimum omnium latissimum, attamen duorum praecedentium altitudine, admodum latum, pentagonum, octavum septimo dimidio fere minus quadrangulum, paullo longius quam altum; scutum labiale parvum, latiusculum, subtrigonum; scuta labialia accessoria pone elongato-lanceolata, mediocria; scuta marginalia 10, sextum omnium maximum, magnum, primum parvum subquadrangulum, secundum, tertium, quartum et quintum aequali fere altitudine et latitudine, subquadrangula, solum versus scuta mentalia subacuminata, sextum magnum, quadrangulum, subtus admodum dilatatum, angulo infimo postico perquam prosiliente, septimum, octavum, nonum, decimum quadrangula, versus ultimum magnitudine magis magisque decrescentia, septimum sexto minus; mentum linea longitudinali perquam profunda exaratum; scuta mentalia anteriora magna ovato-lanceolata, latere externo postico oblique truncata, postica anticis duplo minora subtrigona; squamae gulares oblongae, angustae, in utroque apice subtrigonae; dentes ut in congeneribus formati validi. Truncus elongatus, fusiformis, compressus, dorso carinato-compressus, abdomine rotundatus, squamarum seriebus 21; squamae omnes laeves, lanceolato-imbricatae, spinae dorsi magnae regulariter hexagonae; hae squamae versus occiput magnitudine magis magisque decrescunt et sub forma ovato-subhexagona apparent; squamae occipitis ipsius vero subparvae sunt et fere circulares; squamae abdominalibus scutis confines reliquis parum majores oblongo-rhombeae; scuta abdominalia latiuscula, numerosa; scutum anale integrum; cauda tenuis mediocris, teres, superius medio obsolete acuminato-compressa, acuta, squamis hexagonis, scutis inferioribus omnibus medio divisis. Scuta abdominalia 223—225, scuta infra-caudalia 106—107.


Color. Caput, truncus et cauda aterrima, egregie cyaneo-resplendentia; scuta marginalia maxillae et mandibulae flavae pone nigro-marginatae; capitis pars inferior ac gula immaculate aureo-flavae; truncus a nucha usque ad caudae basin pictus est ad latera fasciis aureo-flavis 36—40 angustis, margine subdenticulatis, in spina dorsi diremtis, ibidem versus truncum posteriorem interdum subconfluentibus, omnibus versus scuta abdominalia paullo latoribus haec attamen non cingentibus sed solum latere externo attingentibus, interstitiis latis atro-cyaneis distantibus; truncus subtus ater, paullo olivaceo-lavatus, immaculatus, excepto antico guttis maculisque aureo-flavis, cum fasciarum lateralium basi plus minusve cohaerentibus variegato; cauda primo fasciis lateralibus, dein annulis aureo-flavis, pagina inferiore latoribus ac interdum inter se linea longitudinali, e guttis magnis concoloribus conflata, connexis, variegatur; apex extimus niger est; lingua apice flavido-alba; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 5' 3½", caudae solius 12", capitis 1" 10"; ambitus capitis immediate pone nares 2" 1", pone oculos 3", occipitis 3½", colli supremi 2¾", trunci in medio 4", prope anum 2½", caudae ad basin 2", in medio 1" 2½", in apice extimo 4"; oculi distant a rostri apice 6", ab oris angulo 11".

Habitatio et vitae ratio. Habitat vulgatissima in insula Java in arboribus, inquilinis admodum venenata falso habita; victitat mammalibus parvis.

OBSERVATIONES. *Specimina Dipsadis dendrophilae asservantur in Museo Lugdunensi Batav., Parisiensi, Monacensi ac in collectione mea; in spiritu vini solum color aureo-flavus in flavido-album aut in album vergit. In ventriculo speciminis a me dissecti inveni Murem decumanum ab europaeo nullo modo diversum.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



GONYASOMA VIRIDE.

GONYOSOMA VIRIDE.

G R Ü N E R K A N T E N B A U C H.

T A B. IX.

Character essentialis. Trunco longissimo, fusiformi, compresso, squamis laevibus tecto, viridi supra, unicolore, flavido-virescente subtus, immaculato; capite elongato-lanceolato, rostro subproducto, obtusiusculo, supra viridi, maxillae lateribus et subtus flavo; vitta a naribus per oculos usque ad occipitis latera ducta obscura, subobsoleta; cauda gracili longissima, subpentagona, supra pallide griseo-olivascens, subtus flava, pallidissime olivascens-nebulata. Scut. abd. 237, scut. infra-caud. 138.

SYNONYMIA: SEBA Thes. 2. t. 83. f. 1. (fig. satis accurata.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, longissimum, obtuso-lanceolatum, depressum, planum, parum altum, supra scuta marginalia labii maxillae lineari-impressum, angustiusculum, ab occipite usque ad rostri apicem magis magisque attenuatum, superius ab oculis versus rostrum vix declive, lateribus, praesertim ante oculos, angulosum; mandibula maxillâ multo brevior; cutis gularis sublaxa; rostrum elongato-productum apice subintrorsum truncato obtusiusculum, labiis vix prominulis verticaliter descendentes; rictus rectiusculus; nares laterales rostri apici admodum approximatae, majusculae, antrorsum spectantes, subrotundae, in margine antico impressiusculo scuti nasalis sitae; oculi laterales, fere in medio capitis lateralis siti, majusculi, rotundi, superius scuto superciliari non adumbrati, subprominuli; scuta: scutum rostrale majusculum, altum, juxta scutum nasale anticum sinuatum, versus scuta frontalia antica attenuato-subtrigonum, supra marginem basalem profunde lunulato-impressum; scuta frontalia antica duo majuscula pentagona extus versus scutum nasale anticum, oblique pone recte truncatum, scuta frontalia posteriora duo maxima, paullulum versus faciei latera declinata sexangula, at tamen antice et postice recto-truncata, solum postice latere externo oblique truncata; scutum verticale maximum, campanuliforme, antice latissimum, lateraliter submarginatum, apice subangustato trigonum; scuta occipitalia maxima extus oblique marginata ac medio subsinuata, apice postico trigona; scutum nasale anticum majusculum quadrangulum, angulo supremo antico modice ascendente, postice medio naribus submarginatum, posticum antico paullo minus, pone rotundato-terminatum; squamula elliptica, subobliqua scutum hoc nasale inter et oculare intermedia, stricta, margine scuti frontalis postici deorsum flexi munita; scutum oculare anticum unicum maximum, quadrangulum, angulo supremo externo acutissimo prolongato scuti verticalis basin attingente; scuta ocularia postica duo, parva, superius inferiore paullo majus, quadrangulum, inferius longiusculo-quadrangulum; scuta superciliaria magna, trigona, antice acuminata, pone suboblique truncata absque margine supra oculos prosiliente, plana; scutum temporale verum nullum sed scuta occipitalia latere externo scutellis tribus munita, quorum duo antica aequali fere magnitudine quadrangula, tertium longiusculum, polygonum; scutellum aliud inter scutorum occipitalium apicem posticum, scutella inter nunc nominata et scuta marginalia labialia quatuor, quorum duo inferiora majora pentagona, superiora obsolete pentagona; scuta marginalia labii superioris 9, antica parva, postica sensim majora, antica 5 sibi perquam approximata ac angusta irregulariter quadrangula, multo altiora quam lata, quartum perquam angustatum, sextum quadrangulum aequè altum ac latum, majusculum, septimum sexto multo altius sed non latius, juxta oculum rotundato-emarginatum, octavum septimi altitudine eodem vero paullo latius, quadrangulum, ultimum omnium longissimum, perquam elongatum, longiusculo-quadratum, pone subrotundatum; scutum labiale medium subparvum trigonum; scuta labialia

accessoria lanceolata medio duplo majora; scuta marginalia labii inferioris 12, ultima duo potius squamulae, tria antica angusta, fere aequali magnitudine, quadrangula, quartum et quintum ejusdem formae, longiora, sextum omnium maximum, magnum, pone trigono-terminatum, septimum sexto minus obliquo-quadrangulum, octavum et nonum ejusdem formae, septimo tamen paullo breviora, decimum longiusculo-quadrangulum, parum altum; scuta mentalia anteriora ingentia, oblonga, antice subtrigono-obtusata, pone latere externo suboblique truncata, longitudinali linea perquam profunda inter se distantia; scuta mentalia posteriora parva, quadruplo anticis minora, pone subovata; squamae gulares oblongae, omnes aequali magnitudine; dentes numerosi, acutissimi, mediocres, maxillares postici anticis vix longiores; palatini fere maxillarium longitudine. Truncus longissimus, admodum fusiformis, perquam compressus, gracilior, in spina dorsi subcarinatus, subtus a gula usque ad anum in utroque latere distinctissime angulosus; canthus, abdomen angulosum formans, scutorum abdominalium flexura rectangula efficitur; squamarum series 25, squamae totius trunci ac caudae laeves, mediocres, adpressae, trunci antici et medii subrhombico-lanceolatae, postici rhombeae, caudae trunci illis majores, basi rhombeae, versus apicem regulariter hexagonae; squamae scutis abdominalibus proximae reliquis vix majores subrhombico-ovales; scuta abdominalia numerosissima perquam angusta, lata et ultra flexuram multum versus squamas confines extensa, anale medio fissum; cauda continua, longissima, gracilis, subpentagona, subtus perquam applanata, apice acuta, scutis inferioribus omnibus divisis. Scuta abdominalia 237, scutella infraudalia 138.

Color. Caput supra ac totus truncus supra et ad latera laetissime viridia, immaculata, latera trunci paullo pallidiora, vertex paullo in olivaceum vergens; cauda supra et ad latera olivascenti-grisescens subtus vitellino-flava, prope scutellorum juncturam subtilissime olivascenti-nubilata; maxillae margo flavus; vitta a naribus per oculos versus occiput ducta obscure virescens, subobsoleta; mandibulae margo, mentum, gula ac abdominis pars suprema vitellino-flava, immaculata, reliqua abdominis pars flava, subtiliter virescenti-lavata, praesertim ad latera, immaculata, solum scuta abdominalia margine apicali strictissimo pellucido subrufescenti-apparente; faux incarnata; lingua nigricans; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 5' 2'', caudae solius 17'' 2'', capitis 1'' 7''; ambitus capitis immediate pone nares 1 1/4'', pone oculos 2'' 1'', occipitis 2'' 4'', colli supremi 2'' 2'', trunci in medio 3'' 1'', prope anum 2'' 10'', caudae ad basin 2'' 10'', in medio 11'', in apice extimo 1 1/4''; oculi distant a rostri apice 7''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasiliae provincia Bahia.

OBSERVATIONES. Specimen depictum et descriptum, recentissime e Brasilia allatum, egregie conservatum adest in collectione mea; aliud nec in Museo Parisiensi nec in Lugdunensi Batav. observavi. Auctorum *Coluber viridissimus* (scut. abdom. 217, caud. 122), *Coluber coerulescens* (scut. abd. 215, caud. 176), *Coluber pileatus* NEUV. (scut. abd. 188, caud. 100) et *Coluber herbeus* NEUV. (scut. abd. 192, caud. 75) colore similes, non solum capitis ac trunci forma toto coelo differunt, sed quoque numero scutorum abdominalium ac caudalium. Nullam descriptionem nosco in hoc amphibium prorsus quadrantem, et SCHEUCHZERI solum icon, in operis sui tabula 717. f. 2. exhibita, ab auctoribus ad *Colubrum fulgidum* citata sicut SEBAE citata icon huc ponenda erunt. Haec SEBAE icon, melius adhuc illius descriptio exhibent satis accurate squamarum structuram, quam in figura nostra, quoad caudae superiorem partem, parum artifex respexit. — Capitis forma et praecipue structura particulari anticorum scutorum marginalium labii superioris strictissimorum, scutis maximis mentalibus anticis, scutello elliptico scutum oculare anticum inter et nasale posticum intermedio nec non abdominis perquam angulosi habitu haec species facile distinguenda erit ab omnibus simili modo tinctis. Trunci superioris color speciminis in spiritu vini asservati in dilute viride, inferioris in sordide flavum vergit; epidermide detrita truncus superius coeruleus apparet squamarum marginibus nigris, cauda albida, caesio-nubilata.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



DRYOPHIS SPLENDIDUS Boie.

DRYOPHIS FULGIDUS *Boie.*

B L I N K E N D E B A U M N A T T E R.

T A B. X.

Character essentialis. Capite elongato tetragono-pyramidali rostro elongato, trigono-lanceolato, recto, mobili; trunco longissimo, gracili, fusiformi; squamis lanceolatis, dorsi medii carinatis, laterum laevibus; cauda longissima, continua, subtus plana, acuta, squamis rhombeo-hexagonis, laevibus, solum anticis mediis carinatis; capite, trunco et cauda supra laetissime viridibus, unicoloribus; maxillae lateribus, capitis, trunci caudaeque latere inferiore laete virescentibus, unicoloribus; linea rectissima utrinque a gulae lateribus usque ad caudae finem juxta scutorum abdominalium latera externa ducta, aureo-flava, versus caudae finem magis magisque obsoleta. Scut. abd. 197, scut. infracaud. 130.

SYNONYMIA: Coluber fulgidus DAUD. Rept. 6. p. 352. t. 80. (descriptio non satis accurata, icon mediocris) Dryophis fulgidus BOIE in litt.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput distinctum, longissimum, angustatum, tetragono-pyramidali-acuminatum, ante oculos paullo latius quam altum, pone hos fere aequae altum ac latum, supra occiput convexiusculum, supra verticem et frontem applanatum; rostrum longissimum, lateribus applanatum, superius devexiusculo-depressum, apice prolongato, recto, trigono-lanceolato acuminato, basi latiusculo, non subito attenuato, mandibulae apicem multum excedente, plano, mobili; mandibula maxillâ multo brevior apice labii trigono-rotundato subprolongato, mobili, plano; oris angulus subarcuato-ascendens; nares laterales rostri mobilis basi sitae, mediocres, rotundatae, retro spectantes; oculi laterales, subobliqui, majusculi in medio capitis lateralis siti, ergo a rostri apice largissimo interstitio diremti, scuto superciliari margine externo paullo prominulo parum adumbrati; scuta: scutum rostrale inferum, lanceolatum, in utroque baseos latere recto-abscissum; scuta frontalia anteriora majuscula subirregulariter trigona, multo longiora quam alta, pone suboblique truncata; scuta frontalia posteriora anticis triplo fere majora, maxima, latere externo usque ad scuta marginalia labii superioris rectangulo-deflexa, pone, juxta aciem externam, anguloso uni-emarginata, juxta scutum verticale recto-, prope scuta frontalia anteriora subtrigono-terminata; scutum verticale campanuliforme, longiusculum, subangustum, pone trigono-rotundatum; scuta occipitalia majuscula, latere externo suboblique truncata, antice paullo bi-emarginata; scutum nasale anticum admodum pusillum, regulariter trigonum; scutum nasale posticum (ad cujus marginem anticum nares sitae) parvum, antico parum majus, rhombeum (scutum inter hoc et oculare anticum intermedius scutorum nasalium posticorum margo latus deflexus, ergo scutum loreum nullum); scutum oculare anticum unicum majusculum cum margine sursum flexo scuti superciliaris et nasalis postici apicem attingente trigonum, latere antice et postice subtiliter arcuato-emarginatum; scuta ocularia posteriora tria (an duo?) parva, quadrangula; scuta superciliaria majuscula scuti verticalis magnitudine, postice rotundato-, antice subattenuato-trigono-terminata; scuta temporalia tria, quod pone scuta ocularia magnum, dilatato-trigonum aut potius trigono-pentagonum, duobus subsequentibus minoribus subrhombeis; scuta marginalia labii superioris 10, ab oculo versus rostrum magnitudine sensim decrescentia, subparva, primum longiusculo-subtrigonum, 2, 3, 4, 5, 6 quadrangula, septimum fere quadrangulum angulo postico supremo subtruncato, octavum omnium maximum, magnum, quadrangulum, nonum octavo dimidio minus altum quadrangulum, ultimum quadrangulum, praecedentis longitudine eodem autem di-

midio fere minus altum; scutum labiale medium parvum, trigonum; scuta labialia accessoria mediocria, longiusculo-ovata, pone acuminata, scutorum mentalium anticorum magnitudine et forma; scuta marginalia labii inferioris 10, duo ultima vix scuta potius squamae parvae, reliqua omnia subobliquo-quadrangula mediocria, primum omnium minimum, quartum et quintum omnium maxima, majuscula; scuta mentalia anteriora scutorum labialium accessoriorum magnitudine et forma universali, attamen antice magis attenuata, postice squamula ovali oblonga munita; scuta mentalia posteriora longissima, strictissima, subarcuato-linearia, ambo simul contemplata fere)(-formia, medio squamulam strictissimam, elongatam includentia; squamae gulares imbricatae laeves; dentes mediocres, acutissimi, maxillae tres postremi validi omnium maximi. Truncus longissimus, gracillimus, fusiformis, compressiusculus, subtus planiusculo-rotundatus, squamarum seriebus 17; squamae trunci superioris lanceolatae, versus caudam subrhombeco-lanceolatae, laeves, dorsi medii per series septem carinatae, in ultima utrinque serie subobsolete carinatae, caudae rhombeco-hexagonae trunci illis latiores, laeves, exclusis anticis mediis subcarinatis; squamae scutis abdominalibus proximae, reliquis paullo majora, rhombeco-lanceolatae; scuta abdominalia numerosa, angustiuscula, anale medio fissum; cauda continua longiuscula, gracillima, teretiusculo-subangulosa, subtus planiuscula, apice acuta, scutis inferioribus omnibus divisis; ani orificium utrinque scutellis quaternis munitum quorum tria antica parva aequali latitudine, quartum anticis triplo majus transversim ellipticum. Scuta abdominalia 197, scutella infracaudalia 130.

Color. Caput, truncus et cauda supra laetissime viridia, immaculata; capitis partes laterales ac inferiores, totus truncus inferior nec non caudae pagina inferior laete virescentia, immaculata; linea utrinque a gulae lateribus usque ad caudae finem juxta scutorum abdominalium latus externum ducta recitissima, aureo-flava, attamen versus caudae finem magis magisque obsoleta; lingua virescens; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 4' 2½", caudae solius 17", capitis 1" 5"; ambitus capitis immediate pone nares 10½", pone oculos 1" 7", occipitis 1" 8", colli supremi 1" 4", trunci in medio 2" 2", prope anum 1" 3", caudae ad basin 1" 3", in medio 7½", in apice extimo vix 3"; oculi distant a rostri apice 7"; latitudo capitis supra oculos 4¼", supra nares 2"; rostri apex mobilis 1¾" longus, basi 2" et apice ¾" latus est.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasiliae provincia Pará in arboribus, et, ut dicitur, in Antillis insulis.

OBSERVATIONES. *DAUDINII* descriptio parum accurata non tangit dorsi medii squamas carinatas quam ob rem pro aliena eam vendidissem, nisi ipse observassem specimen ab illo descriptum in Museo Parisiensi asservatum. *Coluber fulgidus MERREMII* cum *DAUDINII* *Colubro fulgido* unitus differt toto coelo; auctoris descriptio exhibet speciem in Java insula vulgatissimam, ab amicissimis REINWARDT et BOIE „*Dryophis rostratus*“ denominatam. — *SHAWII* *Coluber purpurascens* a MERREMIO citatus et a *Dryophe rostrato* et ab hac specie prorsus distinguendus est. *Dryophis prassinus REINWARDTII* (SCHEUCHZ. *Phys. Sacr.* t. 630. f. A. SEBA *Thes.* 2. t. 53. f. 4. (*Coluber nasutus SHAW*), *Russ. Ind. Serp.* 2. p. 28. t. 24, species similis est, attamen squamis omnino laevibus facile ab hac discernenda. — Scutorum ocularium posticorum numerum verum ignoro; in specimine Musei Monacensis unum capitis latus monstrat scutella tria, alterum duo solum. — In spiritu vini hujus egregii serpentis color ad sordide viride, linea lateralis ad album inclinat; epidermide detrita truncus superior in cyaneum vergit. — Pro *Dryophe splendido* tabulae nostrae per errorem adjecto, lege: *Dryophis fulgidus*.

MODEL
HARD
CAMB: 1984-1985



ECHIDNA ARJETANS Merr.

ECHIDNA ARIETANS *Merr.*

P U F F - O T T E R.

T A B. XI.

Character essentialis. Naribus magnis superius membrana rugosa, integra cinctis; squamulis inter illas intermediis duabus margine externo sursum flexis; scutis mentalibus anticis maximis; trunco incrassato, subbrevis; cauda brevissima conico-terminata; squamis trunci, caudae capitisque ovato-lanceolatis admodum carinatis; capite supra, trunci caudaeque lateribus testaceo-rubris; fascia supra frontem per oculos ducta, taenia verticis gemina longitudinali antice connata, altera parallela supra oris angulum ducta nigricantibus; dorso nigricanti-, aut cinereo-fusco, antico maculis circiter 12 magnis trigonis, nigris, pone flavido-rubicundo marginatis, lateraliter macula concolore utrinque munitis, dorso postico fasciis latissimis nigricantibus, lateraliter utrinque lineola horizontali flavo-rubicunda notatis oblecto; gula flavida; trunco ac cauda subtus flavidis, illo taeniolis transversis per magna interstitia nigris notato, hac subtus nigricanti-nubilata, supra fasciis latis nigricantibus ac strictis testaceo-rubris signata. Scut. abdom. 136—150, scut. infracaud. 20—27.

SYNONYMIA: SEBA Thes. 2. t. 30. f. 1. (Fig. bona; Vipère à courte queue CUV. R. a. 2. p. 84. Coluber Lachesis var. SHAW Gen. Zool. V. 3. P. 2. p. 403. t. 106. quae tabula Sebana) t. 54. f. 4. (Fig. satis accurata a GMELIN et DAUDIN falso inter synonyma XENODONTOS SEVERI BOIEI recepta; Coluber Bitis BONNAT. Oph. p. 22.) t. 93. (fig. pessima; COLUBER CLOTHO GMEL. Syst. Nat. p. 1086.) t. 94. (fig. mala; Coluber Lachesis GMEL. Syst. Nat. p. 1085 et SHAW l. c. p. 402. t. 105. quae tabula Sebana.) Echidna arietans MERR. Tent. Syst. Amph. p. 152. n. 12. Coluber hebraicus LACÉP. Quadr. ov. 2. p. 106. Vipera hebraica LATR. Rept. 3. p. 335.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput distinctum, depressum, trigono-obtusatum, latum, superius planum, lateribus devexum, ante oculos paullo angulosum, apice truncato-obtusato impressiusculum; oris rictus amplissimus angulo rectiusculo; nares magnae, superae, rotundatae, antrorsum spectantes, membrana plana, subplicata, integra limbatae, alia interius margine postico plica subbursaria exstructa semi-expletae, oculis aequae approximatae fere ac rostri apici; oculi laterales attamen frontis margini admodum approximati, mediocres, subobliqui, longiusculo-rotundati, rostri apici duplo propiores quam oris angulo; scuta capitis superioris praeter marginalia labialia vera omnino nulla, scutum rostrale majusculum pone subtrigono-terminatum; scutella labii superioris 15, omnia quadrangula, quatuor antica reliquis paullo minora, reliqua aequali fere magnitudine, plana; squamae capitis supremi ac lateralis omnes ovatae, perquam carinatae, et praeterea, accuratius contemplatae, rugosae, exceptis squamulis oculum cingentibus ovato-rotundatis, aequo modo rugosis ac formatis; inter nares adsunt squamulae duae oblongae margine externo sursum adscendentes, quae sequuntur 5 ovatae, carina maxime elevata praeditae; squamulae immediate pone scutum rostrale 8 fere in morem flosculi collocatae subpentagonae, admodum rugosae; squamae scutellis labialibus proximae reliquas capitis magnitudine superant, attamen earum forma gaudent; scuta marginalia labii inferioris 14, mediocria, tria antica reliquis majora, tertium omnium altissimum, angustum, quadrangulum, duo antecedentia ejusdem formae, reliqua aequali fere magnitudine, quadrangula, exceptis scutellis 4, 5, 6, 7, 8 inferius subtrigono-terminatis; scutum labiale medium latiusculum regulariter triangulum; scutum labiale accessorium elongatum, apice infimo

trigonum, margine externo angulo in medio prominulo insigne; scuta mentalia anteriora maxima subcordiformi-pentagona; scuta mentalia posteriora antecedentibus duplo minora ovato-elliptica; capitis inferioris pars reliqua obtegitur squamis subovatis, laevibus, quarum tres pone scutellum labiale tertium incipientes omnium maximae, majusculae, praesertim intermedia, polygonae; squamae quoque scutellis labialibus proximae subhexagonae sunt; dentes ut in reliquis congeneribus formati, validi; telum, in utroque maxillae latere unicum, ingens, arcuatum. Truncus breviusculus, torosus, fusiformis, teres, abdomine rotundatus, squamarum seriebus pone collum 29; squamae omnes carina perquam prominente, acuta, solum in squamarum serie scutis abdominalibus proxima minus prominula, interdum obsoleta, munitae, ovato-lanceolatae, ultimae utrinque seriei reliquis paullo latiores, apice magis obtusae; scuta abdominalia breviuscula, lata; scutum anale margine rotundatum integrum; cauda brevissima, crassiuscula, teres, conico-acuminata, apice non in aculeum terminata, superius squamis lanceolato-ovatis, perquam carinatis, subtus scutellis pentagonis obtecta. Scuta abdominalia 136—150, scuta infraudalia 20—27.

Color. Caput supra, trunci caudaeque latera testaceo-rubra; fascia supra frontem per oculos usque ad maxillae marginem ducta lata nigra, in fronte lineis quatuor testaceo-rubris dissecta; taenia supra oris angulum horizontalis, versus oculum directa, nigra; taenia verticis transversa nigra, latiuscula, ex utroque apice lineam latiusculam, concolorem, usque ad occiput porrectam emittens; regio ante et inter nares paullo nigro-variegata; scutella marginalia labii superioris in fundo flavido testaceo-rubicunda, labii inferioris, mentum ac gula flavida; dorsum nigricanti-, aut cinereo-fuscum, anticum maculis circiter 12 magnis, longitudinalibus, trigonis, nigris, pone linea flavido-rubicunda, margine subdenticulata distinctissima laete marginatis, lateraliter utrinque cum macula concolore, ipsis triplo minore, trigono-rotundata connexis notatum, posticum variegatum fasciis latissimis, interstitiis angustiusculis testaceo-rubicundis diremtis, nigricantibus, in utroque latere inferius emarginatis, ante apicem lateralem lineola latiuscula, longitudinali, testaceo-rubicunda notatis; cauda supra nigricans fasciis angustiusculis testaceo-rubicundis quatuor dissecta; truncus et cauda subtus flavida, ille fasciis brevibus, vix usque ad medium scutum abdominalis ductis, alternantibus, magnis interstitiis distantibus, nigris notatus, haec, praesertim apice, paullo testaceo-rubicundo lavata et maculis subobsoletis nigricantibus nubilata; irides...?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 2' 4/4", caudae solius 3", capitis 1 1/4"; ambitus trunci pone occiput 2 1/2", in medio 4 1/2", prope anum 2" 2", caudae ad basin 1" 8", in medio 1" 4", in apice extimo 10"; oculi distant a rostri apice 4", ab oris angulo 8".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Africa meridionali, in Promontorio bonae spei satis frequens, ac, ut dicitur, in Senegambia.

OBSERVATIONES. *Specimina Echidnae arietantis asservantur in Museo Parisiensi, Lugdunensi Batav.; duo adsunt in collectione mea, quorum unum 4 1/4' longum, et in trunci medio 5" latum est. — Speciem hanc Senegambiam quoque inhabitare audivi ex navitis qui ibi maxime detestatam magno numero offendisse tradidere. —*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.



POLYCHERTUS VIRESCENS *Neuw.*

POLYCHRUS VIRESCENS.

G R Ü N L I C H E F Ä R B E R E C H S E.

T A B. XII.

Character essentialis. Gulae plica mediana denticulata; femoribus absque poris veris; capite tetragono-pyramidali, obtuso, pagina superiore applanato; cauda tereti truncó triplo longiore; capitis parte maxima, digitis, cubito ac genibus laete virescentibus; partibus pedum ac trunci inferioribus albis, fuscescenti-, ani regione ac abdomine medio virescenti-lavatis; corporis partibus superioribus rufo-fuscis lateribus ex flavo ac viridi variegatis; oculis lineis tribus nigris percussatis.

SYNONYMIA: Polychrus virescens *Prinz von Neuwied* in SCHINZ Uebers. des Thierr. von Cuv. Bd. 2. S. 65. *Id.* Polychrus marmoratus *Beytr. zur Naturg. Brasil. Bd. 1. S. 110 et SPIX Lacert. brasil. t. 14. (icon e specimine decolorato.)*

D E S C R I P T I O. *)

Corporis forma universalis. Caput majusculum tetragono-pyramidale superius ab oculis ad rostri apicem admodum declinatum, lateribus perpendicularibus planum, pagina superiore latiuscula non impressum, irregularibus scutis majusculis, margine non prominulis praesertim a rostri apice usque ad oculos obsitum, apice multo latius quam altum, obtusum, depressum, ante aures intumidum; mandibula quam maxilla paullo longior apice rotundata; nares a rostri apice subamotae, subobliquae, majusculae, antrorsum spectantes; oculi parvi, cute granulato-squamulosa, ut in *Chamaeleonte* convexo-prominula, horizontaliter parum fissa, inclusi, occipiti fere propiores quam rostri apici; scuta labii superioris ac inferioris omnia regulariter quadrangula, labii superioris 8, inferioris 9, ultima minima, labii inferioris quam scuta superioris paullo majora, labii superioris margine inferiore prominula, scutum rostrale latum sed parum altum; scuta ante nares duo, anticum parvum irregulariter rhombeum, posticum magnum sublanceolatum; scutum nasale magnum, supra subrotundatum, subtus scuto labiali recto-truncatum, nasi foramen medio gerens; scutella duo immediate pone scutum nasale, inferius superiore subirregulariter quadrangulo longius ac dimidio minus altum, quadrangulum; scutella tria sequentia forma perquam diversa; eorum infimum omnium longissimum, elongatum, in utroque apice subtriangulari-acuminatum, medium, trium minimum, triangulum, supremum subrhombeum; scutella sequentia pone haec scuta palpebras inferius cingentia irregulariter quadrangula, interdum emarginata; capitis pagina superior gerit a scuto rostrali usque ad oculorum medium, inclusis scutellis marginalibus, scuta 23, plana, duo pone scutum rostrale mediocria, rotundato-subhexagona, pone scutum, capitis omnium fere maximum, magnum, scutiformi-subhexagonum, in utroque latere scutello anguloso-ovali munitum gerentia; scutum supra scutum nasale conspicuum subparvum, longiusculo-hexagonum; alia inter haec duo posita tria magna, intermedium laterali pentagono paullo minus regulariter pentagonum, versus rostrum strictius; scuti hujus lateralia margine externo subpostico utrinque scutellum subpentagonum sequitur, pone quod sequuntur supra orbitas scutella duo oblonga, hexagona, quae scuta quatuor includunt magna, excepto medio quadrangulo, pusillo; laterale hujus utrinque hexagonum, posticum, inter quatuor maximum, subseptangulum; pone quod vertex impressiusculus scutellis circiter 20, irregularibus, prominulis obsitus est; scuta capitis reliqua laevia sunt ac neutiquam margine prominula; temporum regio lateralis ac margo supremus squamis polygonis, laevibus, palpebrae squamis minutis subgranulosis, numerosis, cutis gularis squa-

*) Descriptio haec spectat foeminam a me dissectam, ac in tabula 12 arboris in pagina superiore delineatam; figura inferior, minor exhibet verisimile speciem distinctam.

mis admodum parvis, subgranuloso-longiusculis et medio antico squamulis longioribus, trigonis, erectis 8, serrae speciem formantibus obsita; scutum labiale mediocre in utroque latere semel-, postice bi-emarginatum, medio lineola, marginem anticum non attingente, exaratum; squamae inferiora scuta labialia inferius marginantes laeves, hexagonae in duplici serie positae, versus gulam magis magisque magnitudine decrescentes; aures ovales; dentes maxillares ac dentes palatini haud numerosi ut in reliquis congeneribus formati; truncus crassiusculus, compressiusculus, altior quam latus, spina dorsi carinato-compressiusculus et subcurvatus, versus femora angustior; squamae colli totius pusillae subquadrangulo-granulosae, laterales interjectis minutissimis, laeves, superiores subcarinatae, pedum, trunci totius ac caudae carinatae, trunci lanceolatae solum in spina dorsi subpentagonae, abdominis perquam acuminatae et carinatae, pedum subrhombeae, digitorum superiores latiusculae, laminiformes, obsolete carinatae, margine antico subfimbriatae, palmae ac plantae pentagonae, punctulo intermedio prominulo exasperatae, digitorum inferiores numerosae, transversae, granuloso-carinatae, caudae basi rhombeae, versus basin rhombeo-subhexagonae, carina perdistincta; pedes graciliores, postici anticis paullo validiores; femora subtus absque poris, horum loco squamulae, reliquis paullo majores, irregulares, convexiusculae, medio margine ut plurimum punctulo prominulo sive impresso munitae; anus transversus margine squamis pusillis, numerosis, laevibus, convexiusculis, obsitus; cauda longissima, gracillima, tereti, solum squamarum carinis angulata, corpore, exclusis collo et capite, triplo fere longior; ungues scansorii, compressi, acutissimi ut in Galeopitheco formati, superius ac inferius a basi usque ad medium squama laevi muniti.

Color. Caput totum, exclusis temporibus in medio ac occipite, colli ac trunci latera, digiti, cubitus ac genu laete ac dilute viridia; trunci latera praeterea maculis laete flavis picta apparent; gula, pedum latus interius ac totum abdomen albida, subfuscescenti-, gula, abdomen in medio ac anus viridilavata; occiput, tempora in medio, dorsum totum, pedum pars superior reliqua ac cauda rufescenti-fusca, spina dorsi fasciis nonnullis, obsolete, cauda annulis obscurioribus ejusdem coloris pictae; trunci latera infra virescentem fusco-variegata nonnullos angulos ejusdem coloris versus abdomen emittunt; tympanum viride; lineae per oculus tres nigrae, suprema horizontalis omnium longissima supra et ultra aures-, sequens oblique versus et paullo ultra oris angulum, tertia verticaliter versus maxillam ducta; cutis gularis et colli latera albido subvariegata nonnullis lineolis nigricantibus variegantur; pedes supra fasciis obsolete obscurioribus picti; irides aureae; ungues albi culmine nigro; lingua et faux incarnatae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 21", caudae solius 14½", capitis 1" 4½", brachii 1", antibrachii 8", femoris 1" 1", tibiae 11"; latitudo capitis immediate ante oculos 6½", supra nares 4¼", ejusdem altitudo ante illos 6¼", ante has 3½"; oculi distant a naribus ¾", a rostri apice 7¼".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasiliae sylvis, in arboribus, prope Rio de Janeiro ac in provinciis confinibus non infrequens, insectis victitans *); pulmonibus magnis instructa bestiola haec pulcherrima corporis colorem pro lubitu mutare valet, ita quidem, ut trunci lateralis color fuscus sive viridis mox obscurior sit, mox dilutior; iritata gulae cutem in orbem fere expandit; foemina, mense Majo gravida, parit ova 10—12 alba, magnae nucis avellanae forma, tali vero paullo longiora; Brasiliae colonis Camaleão vocatur.

OBSERVATIONES. Num inferior figura minor, in tabula citata 12 conspicienda, e specimine masculino, Brasiliensi (?) hausta, sexus sive aetatis diversitatem praecedentis, aut speciem distinctam exhibeat, ego, pluribus speciminibus comparationi inservientibus destitutus, discernere non audeo. — Color, quo hoc animal Polychro virescenti proximum, et quo iterum ab eo discedit in collo, dorso ejusque lateribus et in pedibus obscure chocoladino-fuscus est, in dorso supremo fasciis nonnullis dilutioribus, vix conspicuis, in ejus lateribus maculis subrotundis, per tres series dispositis, haud numerosis, albi-

*) In ventriculo speciminis a me dissecti inveni praeter formicas ac Blattarum residua exemplar paullo mutilatum Lamiae mutillariae KLEIN, in alio Polychro flores plantae mihi ignotae.



dis variegatus; rostrum, verticis pars, cubitus, genua digitique supra virescunt, reliquae corporis capitique inferioris partes nec non pedum latus internum albidae sunt, gula et abdomen medium anique regio viridi-lavata; juxta trunci latera conspiciuntur in fundo albo lineae 6—7 subdenticulatae nigricanti-fuscescentes, suboblique antrorsum spectantes et basi ut plurimum sinibus coloris fusci trunci respondentibus; maxillarum margo paullo in flavidum, cauda unicolor in fuscum vergit et superius basi subtiliter virescenti-lavata est; tympanum viride; oculorum lineae nigrae ut in *Polychro virescente* occurrunt, attamen non ultra aures et orem extensae; viridi-marginatae sunt. Gula medio squamuloso-denticulata, femur poris veris privatum est; in hoc solum, pororum loco, squamulae nonnullae reperiuntur reliquis paullo majores, subrotundae, medio punctulo impressiusculo munitae. Pedum, trunci gracilioris, caudae, squamarum, trunci capitique forma prorsus eadem, quae *Polychri virescentis*, attamen caput superius scutis minus planis tegitur; ante et pone nares unicum solum scutellum adest, exclusis scutellis duobus immediate ante oculorum cutem conspicuis; reliqua capitis scuta superiora forma parum discrepant. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 18", caudae solius 12½", capitis 1¼", brachii ¾", antibrachii 7", femoris 11", tibiae ¾"; latitudo capitis immediate ante oculos 6", supra nares 3½", ejusdem altitudo ante illos 4½", ante has 3½"; oculi distant a naribus 3", a rostri apice 6". — *Polychrus* hic, si sane differat a *Polychro virescente*, nomine adjectivo „strigiventris“ designari potest. — *Polychrus marmoratus* a *Polychro virescente* capitis structura, femorum poris distinctissimis, colore etc. toto coelo differt; attamen observare debeo femorum poros in designandis speciebus *Polychrorum* nullius magni momenti esse et solum secundum vitae stadia (an secundum sexus?) plus minusve perfectos occurrere videri. *Polychri virescentis* specimen vivum, admodum aegrotans, vidi Londini; ejus iridum color in meo itineris diario zoologico aurea vocatur, quam cl. princeps Neovidensis obscuram ait. — *SPIXII Polychrus acutirostris* (Lacert. brasil. t. 14 a.) species distincta est, cujus dentium et interna corporis structura sicut externa ut in *Polychro virescenti* et *P. marmorato* adest; non foret ideo, cur eum in distinctum genus „*Ecphymotes*“ (FITZINGER Neue Classification der Reptil. S. 17.) secernamus, si nil aliud discriminis inter eos intersit, nisi quod pori femorum adsint sive desint. — *Polychrus fasciatus* (DE LA PORTE, Annales des scienc. nat. T. 9. Sept. 1826. p. 110) quem Moluccarum Insularum incolam credunt, species mihi ignota vix hoc genus spectat. Colores virides *Polychri virescentis* in spiritu vini asservati paullo, attamen non subito et prorsus pallescunt, color dorsi rufo-fuscus restat, ejus vero maculae flavae subito albescunt. Specimina descripta adsunt in Museo Monacensi; *Polychri virescentis* aliud exstat in Museo Lugdunensi Batav.

C O R R I G E N D A.

Coloris descriptio jam exhibita *Aspidoclonii semifasciati* falsa, calami lapsu orta, cum sequente e specimine vivo commutari debet.

Aspidocl. semifasciat. Corpore et cauda albis fasciis, in abdomine apertis, latis nigro-chalybeis ornatis; corporis albedine fasciam primam inter, secundam tertiam et quartam nec non mandibula subtiliter flavo-lavatis.

MOZ LIBRARY
RESEARCH CENTER
CAMPUS



TESTUDO BOIEI.

TESTUDO BOIEI.

B O I E ' S S C H I L D K R Ö T E

T A B. XIII.

Character essentialis. Testa oblonga, ephippii-formi, postice dilatata, rotundata, recto-, antice plano-descendente, subangustata et marginibus subexpansa; scutellis disci sulcatis piceo-nigris, areolis flavidis obsolete gibbis, laevibus, bracteis marginalibus, piceo-nigris, margine infimo flavido; sterno impressissimo; cauda pedibusque squamis rubris, capite scutellis aurantiis flavisque variegatis. (Mas adult.)

SYNONYMIA. Testudo terrestris americana KIL. STOBÆUS in Act. Litt. et scient. suec. 1730. p. 59. (excl. syn. MARCGR. Test. geometr. ab auctoribus inter synonyma Testudinis tabulatae falso recepta;) descriptio animalis junioris. Testudo GMEL. Syst. Nat. p. 1045. n. 33.

D E S C R I P T I O. *)

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum oblongo-ovatum, angulosum, rostro subproducto, alto, compresso, obtuso-acuminato, pileo depresso, plano, temporibus subrotundatis; nares angustae, longulae, subobliquo-horizontales; maxilla superior inferiorem pyxidum instar includens tomis rectis, integris, acutis, dextro elongato antice in medio semilunulari-emarginato; oculi modice magni subobliqui; aures squama majuscula, ovata, molli, frons scuto magno, pone acute lanceolato, antice recto-truncato, obsolete gibbo, rostrum supra scutis duobus magnis, regio supra orbitas ac tempora scutellis polygonis, impressiusculis, occipitis margo posticus scutellis subquadratis parvis, planis, regio circa oris angulum scutellis irregularibus, rugulosis, impressis tecta; scutum oblongum supra utramque aurem simileque juxta utrumque latus partis posticae scuti frontalis; collum modice longum, crassiusculum, teretiusculum, cute sublaxa, circa occiput et juxta latera subplicata, tota verrucis minimis, depressis, in mento latioribus, subscutelliformibus, applanatis tecta. Testa elongata, convexa, in medio supra et ad latera ephippii instar maxime impressa, in parte postica quam antica paullo altior, multo latior, convexior, rotundata, postice maxime rotundata et rectiusculo-descendens, margine ibi introrsum, ad latera extrorsum flexa, parte antica maxime convexa, versus latera planiuscule descendente, margine antico supra collum descendente, sinuata, laterali extimo protracta, paullo ascendente, supra pedes subsinuata; scutella disci tredecim, vertebralia quinque, lateralia quaterna, magna, polygonia, lineis numerosis profunde exsculptis, rectis sulcata, areolis angulosis obsolete gibbis, laevissimis, in vertebralibus scutellis in medio, in lateralibus et in ultimo vertebrali supra centrum sitis; scutum vertebrale primum quinquangulare ultimo paullo minus, angulo antico protracto, acuto; circa et supra areolam convexum, secundum et tertium magnitudine aequalia, sexangularia, illud in medio gibbum, hoc planum, quartum iterum in medio, praesertim supra areolam gibbum, sexangulare, postice angustatum recto-truncatum, quintum ingens, postice maxime dilatatum angulato-arcuatum, toto convexum, areola extra medium sita; scutellum laterale primum circuli quadrantem aequans margine externo dilatatum, angulato-arcuatum, marginibus internis distincte angulosum, supra areolam arcuatam gibbum, fere sexangulare, lateralium angustissimum, impressum, areola plana vix prominente; tertium secundo majus, applanato-convexum, quinquangulare, quartum subtus subdilatatum, subobliquum, quadrangulare areola subprominente; bracteae marginales viginti-tres, absque areolis, quarta, quinta et sexta exceptis, margine infimo areola subquadrangulata parva, obsolete aut distincte impresso-punctulata, ac insuper infra areolam rugis profunde impressis, angulosis, transversis auctis, omnes lineis versus bracteae apicem in-

*) Maris adulti.

feriorem sensim brevioribus, numerosis, transversis, in marginibus lateralibus lineis longitudinalibus, in suturae bractearum binarum apice supremo convergentibus, triangulum inter bractearum binarum suturam formantibus, a transversalibus profundiore sulco diremtis exaratae; bractea antica prima magna quinquangularis, margine extimo descendente, secunda quadrangularis, margine extimo subascendente postice angustata, tertia secundâ multo angustior margine extimo subascendente, intus angustata, quarta quadrangularis, intus aequae lata ac extus, quinta gibba regulari-, sexta impressa irregulari-quinquangulare, septima subquadrangularis, plana, intus paullo dilatata, octava angusta subquinquangularis, parte suprema plana, inferiore intumida, nona quadrangularis, parte suprema impressa, inferiore ascendente, extima antica introrsum, postica subextrorsum flexa, decima quadrangularis, aequae fere alta ac lata, medio impressa, parte inferiore oblique extrorsum expansa, undecima obliqua, subarcuata, quadrangularis, ultima omnium maxima, magna, maxime convexa, quadrangularis, margine infimo introrsum flexa; sternum cum thorace intime conjunctum ejusdem fere longitudine, quam maxime excavatum, antice et postice aequali latitudine, antice ascendens, apice extimo angustato recto-truncatum, integrum, marginibus planis, postice descendens profundissime arcuato-emarginatum, margine distincto, prominente, utroque emarginationis apice acuto, bractee marginalis ultimae marginem fere attingente; scutella duodecim, exclusis duobus parvis pone antipedes et scutello quinquangulo ante scelides, supra apices juncturae sterni situs; scutellorum, praesertim intermediorum suturae rugosae, prominulae, scutella ipsa lineis profundis anguloso-dispositis exarata, marginibus extimis integra, laevia, duo antica parva, triangularia, sequentia duo magna, quadrangularia, margine antico interno obliquo, sequentia duo angustissima, extus supra juncturam latiora, intumida ac ibi laevia, intus rugis transversis aucta, taenia transversa quasi scutellata interruptis, scutum octavum nonumque omnium maxima, magna, quadrangularia, decimum undecimumque quadrangularia antecedentibus dimidio fere minora, ultima duo angustissima, trigona; margo juncturae sterni cum thorace rotundatus; pedes toto squamosi, antici compresso-angulosi unguibus quinque, postici teretes unguibus quatuor, ungue primo oblique subincumbente; ungues obtusi; squamae antipedum magnae, scutelliformes, planae, laeves, quarum majores margine antico patentes, scelidum parvae, quadratae, omnes appressae, planae, prominulae, circa basin plantae magnae, polygonae, scutelliformes, planae, posticarum una maxima margine infimo libero, insistente, plantae majusculae, planae, polygonae, palmae ejusdem formae attamen minores; cauda conica longula, crassa, depressa, apice rotunda, squamis supra magnis minoribusque applanatis, irregularibus oblecta.

Color. Pedes et cauda nigra; squamae antibrachii anticae majores cinnabarino-rubrae margine flavo, posticae duo magnae ejusdem picturae; squamae in rhizonychii basi flavae, superius rubro-marginatae, palmae plantae ac superioris lateris caudae testaceo-rubrae, intermixtis squamis nigris; collum cinereo-rufescens (in animale juvenili cinereum) immaculatum; mentum punctulis nonnullis et vittis quatuor rubris; caput fusconigricans scutis supra nasum et verticem aurantiacis; scutum supra aures oblongum aurantio-rubrum; genae inferius ac occiput rubro-punctata; irides flavidae; palpebrarum margo inferior ruber; testa picea, areolis scutellorum disci flavidis; ejus margo inferior ac sternum flavida, hoc fusco-adumbratum, et intus ante femora rubro-cinctum; rhamphotheca corneo colore; ungues nigricantes apice albidii.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem (juxta testam) 20 $\frac{1}{2}$ " , caudae solius 3 $\frac{1}{4}$ " , capitis 2 $\frac{1}{4}$ " , colli 2" , brachii 2 $\frac{1}{2}$ " , antibrachii 3 $\frac{1}{4}$ " , femoris et tibiae 2" , thoracis 13 $\frac{1}{2}$ " , sterni 10 $\frac{1}{2}$ " , ambitus occipitis collique 5" 2" , testae immediate pone antipedes 20" , in medio 18 $\frac{1}{2}$ " , immediate ante antipedes 21" ; altitudo testae 5" , in medio 4 $\frac{1}{2}$ " ; latitudo sterni immediate pone antipedes 4 $\frac{1}{2}$ " , ante scelides 5" ; oculi distant a naribus 4" , a rostri apice 10" .

Animal junius. Thorax adulti, testa supra et ad latera minus impressa, pagina superiore fere recta, marginibus minus expansa; color adulti, si sternum excipis flavum, corneo-nubilatum, in medio macula oblongo-hexagona signatum; mentum absque lineis quatuor longitudinalibus rubris; squamae rubrae antipedum vix flavo-marginatae; vertex macula V—formi, pone macula utrinque parva rotunda, concolore aucta, flava notatus.

Habitatio et vitae ratio. Habitat....?

OBSERVATIONES. *Specimen depictum vivum possedit Monachii comes a Butler idque ad describendum mecum communicavit. In animale effarcto, nunc in museo nostro obvio, pedum squamae rubrae mox in colorem fuscum serius nigrum, capitis scutella aurantiaca in sordide flavum vergebant. Specimen junius possidet vir supra dictus.*

MOZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



RIPES PALLASII, Opp.

Tab. XIV.

BIPES PALLASII *Opp.*

PALLASISCHE PANZERSCHLEICHE.

T A B. XIV.

Character essentialis. Corpore toto rufescenti-fusco aut sordide stramineo, unicolore; squamis trunci et caudae annulari-dispositis subosseis.

SYNONYMIA. *Lacerta apoda* PALL. It. 3. p. 702. Nov. Comm. Petropol. 19. p. 435. t. 9. *Lacerta apus* GMEL. Syst. Nat. T. 1. P. 3. p. 1079. n. 77. *Chamaesaura apus* SCHNEID. Hist. Amph. II. p. 212. *Bipes Scheltopusik* BONNAT. Encycl. meth. T. 1. P. II. p. 68. t. 12. f. 7. *Scheltopusik didactylus* LATR. Rept. 2. p. 273. *Seps Scheltopusik* DAUD. Rept. 4. p. 351. *Bipes Pallasii* OPP. Rept. p. 43. *Pseudopus serpentinus* MERR. Syst. Amph. p. 78. (*Pseudopus Oppelii* FITZING. Classific. der Rept. S. 50.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum tetragono-ovatum, aequè fere altum ac latum, rostro longo, compresso, acutiusculo, supra a fronte versus apicem subtiliter devexo; regio ophthalmica impressiuscula; maxilla quam mandibula vix longior, hanc non includens; lamina supra-orbitalis ossea; asserculum obtusiusculo-acutum; nares subapicales infra finem canthi rostralis distincti, sed subrotundati intra scutella nonnulla irregularia sitae, subrotundae, simplices, extrorsum patulae; oculi naribus paullo propiores quam auribus, horizontales, pupilla circulari; palpebra superior ac inferior completa; aures distinctae multum ab oris angulo distantes, longitudinali-rimiformes, simplices, membrana tympani profunde sita; lingua pone multum dilatata, antice oblonga, apicis rotundati medio emarginato-furculata, emissilis, supra papillis mollibus oblecta; dentes primores ossis intermaxillaris octo, approximati, homogenei, robusti, cylindranei, erecti, recti, corona simplici rotundata, extremus utrinque a reliquis subamotus, maxillares heterogenei, erecti, recti, validi utrinque tredecim, simplices, octo anteriores subdiscreti, reliqui approximati, primus, secundus et tertius primorum magnitudine et forma, quartus, quintus, sextus, septimus ejusdem formae sed sensim majores, octavus et nonus omnium maximi, validissimi, corona globulosa, decimus, undecimus et duodecimus homogenei et praecedentium magnitudine et forma sed dimidio minores, tredecimus minimus corona orbiculari, mandibulares maxillaribus quoad situm similes, utrinque tredecim, heterogenei, anteriores sex homogenei obtuso-conici, multum discreti, septimus et octavus homogenei his paullo majores, corona rotundata, nonus omnium maximus, maxillari nono paullo minor, corona oblongo-globulosa, sequentes tres magnitudine et forma octavi, ultimus his paullo minor ejusdem formae; dentes palatini distincti, numerosissimi, conici, utrinque per series duas irregulares dispositi; truncus longissimus, cylindraneo-compressiusculus, cum collo undique aequali crassitie, utrinque ad latera a brachii regione usque ad scelides plicato-unisulcatus; collum compressiusculum, simplex; pedes antichi externi nulli, posticorum solum tibia abbreviata, metatarsus incompleto, adactylo interdum subbipartito aucta, supra sulci lateralis finem inserta, brevissima, compresso-subulata; cauda longissima tertia parte corpore longior, tereti-polygona, sensim in acumen strictum desinens, integra. Pholidosis dura, caput supra scutis multis, maxime ossibus appressis tectum, ad latera fere squamosum; scutum verticale omnium maximum, ovatum, postice rectiusculo-truncatum; squamae trunci caudaeque osseae (attamen epidermide subtili oblectae), postpositae, plus minusve rhombeae, in trunci et caudae parte inferiore marginis postici medio emarginatae, trunci ceterae laeves, caudae carinatae, unde ibi lineas longitudinales prominulas efficientes, in trunci et caudae parte superiore

aequo modo lineari-carinatae, praeterea radiatae, sed margine postico non emarginatae, homogeneae; anitegmentum margine squamis quinque rhombeis, margine liberis, munitum.

Color. Corpus totum rufescenti-fuscum sive sordide stramineum, unicolor, caput ut plurimum reliquis corporis partibus dilutius; irides in fundo griseo punctis creberrimis aureis, pupilla magna, rotunda.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 2' 11½", caudae solius 22" 9", capitis 1" 10", rudimenti pedis postici 1¼"; ambitus colli ¾", trunci prope anum 2" 11".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in convallibus herbidis deserti Sibiriae australis Naryn et ad fluvios Sarpan, Kumam, Terekum ac in Dalmatiae vallis fruticosae ac saxosae aquis confinibus, Anguis fragilis in modum infra frutices saxosque degens; animal mitissimum, Angui quoad corporis motus, ac vivendi rationem reliquam simillimum.

OBSERVATIONES. *Bipes Pallasii* olim rarissimus in Museis zoologicis adest nunc in multis collectionibus tam publicis, tam privatis; duos vivos observare, aliorumque fabricam corporis internam examinare mihi licuit. Specimen ab OPPELIO l. c. descriptum dalmaticum, alio, quod possideo, dalmatico in omni puncto simile, si excipis pedes in hoc integerrimos, mecum uxor cl. viri communicavit. In exemplo illo pedes in apice subbipartitos sed non vere digitatos, ac in eorum margine postico squamulas nonnullas punctatas, sed non porosas, offendi. Similem structuram pedum vidit PALLAS. Non dubium unde videtur quin summi viri *Lacerta apoda* huc referenda sit. At eos admonitos volo, quibus specimina sibirica intuendi facultas, ut in hanc rem accuratius inquirant. — Specimina in spiritu vini asservata parum aut vix pallescunt.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



CROCODILURUS AMAZONICUS Spix.

Tab. XV.

CROCODILURUS AMAZONICUS *Spix.*

E I D E C H S E N A R T I G E R C R O C O D I L S C H W E I F.

T A B. XV.

Character essentialis. Corpore supra fusco obsolete nigro-maculato, subtus flavo, ad latera virente maculis parvis, in cauda subquadratis, nigris, variegato; collo subtus vitellino; digitis nigro-annulatis. Anim. adult.

SYNONYMIA. Tupinambis lacertinus DAUD. Rept. II. p. 85. (Descriptio animalis junioris optima.) Le Lézardet Cuv. R. an. II. p. 26. (citata Lacerta bicarinata LINNAEI vitanda) Crocodilurus amazonicus SPIX Lac. bras. t. 21. (Anim. adult.; fig. non satis accurata.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput tetragono-pyramidale, longulum, occipite aequo ac lato, indistincto, supra omnino planum, a fronte versus rostri longi apicem compressum, acutiusculum, parum declive; maxilla mandibulae longitudine; lamina supraorbitalis cutanea, asserculo vero nullo; oris rictus vix ultra oculos extensus; labia non prominula; canthus rostralis distinctus, acutus; nares in canthi rostralis apice in foveola profunda trigona, sitae, mediocres, retrorsum patulae, simplices; oculi auribus paullo propiores quam naribus, pupilla circulari; palpebrae superioris rudimentum; tympanum altissime situm, admodum planum, magnum, rotundum; mandibulae latera postice musculo-intumida; lingua muscosa, planiuscula, emissilis, apice furcata; dentes alternantes, primores ossi intermaxillari inserti decem, aequales, erecti, graciliores, conici, simplices, subdiscreti, maxillares heterogeni, utrinque quindecim, primus eorum a primoribus diastemate angusto diremtus, parvus, primorum longitudine, simplex, subcurvatus, secundus, tertius quartusque forma et magnitudine aequales, omnium fere longissimi, simplices, teretes, conico-acuminati, subreclinati; quintus et sextus parvi, praecedentibus dimidio minores, obsolete trilobi, septimus reliquis sequentibus forma et fere magnitudine similes, secundi longitudine et eodem validior, erectus, corona acuta distincte triloba, mandibulares septendecim, primores discreti, omnes, exceptis sex primoribus, magnitudine et forma sibi similibus, brevibus, simplicibus, conico-acuminatis, subreclinatis, superiorum posticorum magnitudine, tres eorum anteriores obsolete-, reliqui distincte trilobi; dentes palatini nulli; truncus modice longus, teres, pectore applanato; cutis ad latera impressionibus V—formibus, cohaerentibus aucta; collum longulum, trunci fere crassitie, lateraliter rugoso-, subtus distincte bi-plicatum; cauda corpore toto tertia parte longior, alta, admodum compressa, culmine applanata, unde ibidem acute bi-angulosa, subtus rotundata, ad latera plana, sensim acuminata, simplex; pedes modice longi, pentadactyli, crassi, postici teretes anticis compressiusculis dimidio validiores; digiti palmae teretes, breviusculi, robusti, toto liberi, tertius et quartus longitudine aequales, plantae graciliores, liberi, maxime inaequales, quartus longissimus tibiae longitudine; pori femorales distincti; ungues validi, breves, arcuati, compressi, acutissimi.

Pholidosis. Caput supra et ad latera scutis laevibus polygonis, majusculis, numerosis, gula et collum subtus squamis scutelli-formibus quadratis, planis, abdomen totum scutellis regularibus, quadrangulis, planis, margine postico patentibus per series transversas digestis, anus supra scutellis irregularibus tecta; trunci superioris squamulae numerosissimae, oblongo-quadratae, compressae, unde subelevatae, medii homogeneae, lateralis ejusdem formae sed majores, cervis granulosae, omnes fasciatim dispositae, caudae

annulatim digestae, angustae, oblongo-quadratae, obtuso-carinatae, apice obtuso-trigonae, utrinque ad caudae latus superius maximae, acutissime triquetrae, maxime emergentes et apice liberae, postpositae, unde acutissimam carinam, serri-formem formantes; aliae supra caudae basin squamae elevatae ejusdem formae, minores, per series nonnullas longitudinales digestae; squamae infra colli plicas parvae, contiguae, hexagonae, antipedum superiores heterogeneae, imbricatae et quadratae, inferiores homogeneae, parvae, hexagonae, scelidum superiores dorsalibus forma et magnitudine similes, inferiores scutelliformes, planae, quadratae et rhombeae.

Color. Caput, collum, truncus, cauda et pedes supra obscure fusca, vertex nonnihil in olivaceum vergens maculis pusillis numerosis, subobsoletis, nigricantibus, dorsum et pedes supra talibus maculis sed majoribus variegata; caput collum et truncus subtus flava, immaculata, collum obscurius, fere vitellinum; colli, trunci caudaeque latera, hujus quoque pars inferior laete virentia, latera trunci nigro-variolosa, caudae maculis numerosis nigris subquadratis, parvis varia; squamae in culmine caudae laterales erectae pallide fuscae intermixtis maculis nigricantibus; digiti nigricanti-annulati; irides rubro-flavae.

Pullus. Quoad structuram corporis adulto similis, attamen squamae intra duas caudae cristas reliquis vix majores; caput, collum, truncus et cauda supra pallide fusca; dorsum ocellis dilutionibus obsoletis variegatum; colli, trunci ac caudae latera caesio-nigricantia, ocellis magnis rubicundo-albis belle variegata; cauda tota subtus caesio-nigricans, unicolor; squamae utriusque cristae culminalis et fusciscenti-albae et toto nigrae; caput, collum et truncus subtus alba, maculis irregulariter dispositis caesio-nigris, irregularibus; antipedes scelidesque rubicundo-albidi nigro-reticulati, antipedes subtus magis maculati; digiti in eodem fundo nigro-annulati; ungues dilute fusci; scuta marginalia labii inferioris albida, supra suturas nigro-marginata; maxilla vertici concolor; cauda subtus rotundata sed versus finem fere quadricarinata. (Descriptio e specimine in spiritu vini asservato.)

Synonymia: *Crocodilurus ocellatus* SPIX. l. c. t. 22. f. 1. (fig. bona.)

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 27", caudae solius 17½", capitis 2" 2", ejusdem altitudo supra aures fere 1¼", totidem latitudo supra aures.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Guiana ac in Brasilia versus flumen Amazonum.

OBSERVATIONES. *Specimina duo hujus speciei adsunt in Museo Monacensi; junius exemplum a cl. DAUDIN descriptum possidet Museum Parisiense; hoc, quocum specimina nostra prorsus conveniunt ipse vidi; Crocodiluri amazonici diversitatem igitur contendit frustra FITZINGER (Isis 1827. p. 746.) LINNAEI Lacerta bicarinata, (CEPEDI Dragonne, SCHNEIDERI Lacerta Dracaena Denkschriften der Münch. Akad. der W. 1821. Bd. 8. S. 157. t. 8.), quam ad Tupinambem lacertinum referebant DAUDIN ac CUVIER, differt toto coelo ac format genus nostrum „Thorictis.“ MERREMI Tejus bicarinatus ac Tejus crocodilinus ad Lacertam supra dictam pertinent, sed amborum synonymia, maxime confusa, spectat et ad hanc speciem et ad Tupinambem lacertinum, ex cujus descriptione praeterea vir clarissimus verba DAUDINII „squamae laeves“ collegit et diagnosi sui Teji bicarinati inseruit.— Colores virides speciminum effarctorum aut in spiritu vini adservatorum mox ad sordide flavum inclinant; reliqui restant.*







Fig. 1.



Fig. 2.



AMPHISBAENA FLAVESCENS. Neuw.
Fig. 1.

LEPIDOSTERNON MICROCEPHALUS.
Fig. 2.

AMPHISBAENA FLAVESCENS *Neuw.*

GELBLICHE DOPPELSCHLEICHE.

T A B. XVI. F I G. 1.

Character essentialis. Nitide flavo-fusca, lateribus trunci dilute flavis, abdomine coerulescenti-albo; capite albedo; poris supra anum sex; trunci annulis 222, caudae 14 — 15.

SYNONYMIA. *Amphisbaena pachyura* WOLF *Abbild. und Beschreib. merkwürdiger naturgeschichtlicher Gegenstände* II. p. 61. t. 17. (Icon e specimine decol.) *Amphisbaena flavescens* NEUW. *Beytr. zur Naturg. Bras.* 1. p. 507. (Descriptio opt.) *Id.* *Abbild. zur Naturg. Bras.* (Fig. bona.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput ovatum, trunco fere angustius, laeve; maxillae apex acutiusculus largiuscule supra mandibulae apicem extensus; oris rictus rectus, modice magnus; nares ad rostri latera fere in ejus fine, parvae, formes; oculi capitis cute communi tecti, vix in modum puncti nigri pellucentes; lingua ac dentes congenerum; truncus elongatus, crassus, cylindricus, undique aequali ambitu; cauda brevis trunci crassitie apice obtusissima, rotundata.

Pholidosis. Rostrum totum ac frons impressionibus cutis scuti-formibus polygonis; truncus impressionibus annularibus 222, satis profundis; annuli ipsi lineolis longitudinalibus crebris exarati; cauda aequo modo annulata ac lineolata, impressionibus annularibus 14 — 16, apice extimo integra; pori ante anum sex distincti.

Color. Corporis partes superiores omnes eleganter flavo-fuscae, nitidae, laterales dilute flavae, inferiores glauco-albae, hyalino-nitentes; rostrum albidum.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo 19" 3"', caudae 1" 8"', capitis 1"'

Habitatio et vitae ratio. Habitat, ut plurimum sub terra degens, in Brasiliae provincia Bahia, ac in regionibus prope flumina Belmonte et Mucuri sitis, in sylvis inter Bromelias; a Brazilianis, qui veneuatam bestiolam credunt, appellatur Cobra de duas cabeças, i. e. coluber biceps.

OBSERVATIO. *Specimen delineatum purae conservationis adest in mea collectione; picturam ex principis seren. NEUWIED icone ac descriptione hausit. Specimen in spiritu vini conditum apparet in corporis partibus superioribus dilute fuscum. in partibus inferioribus sordide album. Amphisbaena alba, a SPIXIO in Brasilia non observata, sed frequens in Surinamo obvia. differt a hac specie pictura ac pororum ani numero, quorum in Amphisbaena alba constanter novem conspiciuntur.*

LEPIDOSTERNON MICROCEPHALUS.

KLEINKÖPFIGE SCHILDERBRUST.

T A B. XVI. F I G. 2.

Character essentialis. Hyalinum trunci et caudae latere superiore punctis elevatis fuscis annulatum digestis lineisque laevibus quatuor longitudinalibus aucto, inferiore non punctato; capite scutellis convexiusculis tecto; trunci annulis 265 — 267, caudae 11 — 13.

SYNONYMA. *Amphisbaena scutigera* HEMPR. Verh. der Gesellsch. naturf. Fr. in Berl. B. 1. St. 2. S. 129. *Leposternon Microcephalus* WAGL. in SPIX. Serp. bras. p. 70. t. 26. f. 2. (icone specimine decolorato.) *Amphisbaena punctata* *) NEUW. Beitr. zur Naturg. Bras. 1. p. 500. Id. Abbild. zur Naturg. Bras. (fig. bona.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput parvum trunco angustius, brevi-conicum, postice subelevatum et plicis cutaneis numerosis cinctum; maxilla superior inferiore longior et in brevem apicem conicum, productus; labia prominula, superiora inferiora includentia; oris rictus rectus, breviusculus; nares oblongae simplices, inferae, ambae in scuto rostrali sitae; oculi capitis cute communi obtecti, vix conspici, minimi, largo interstitio inter se distantes; lingua libera, lanceolata, plana, apice furcata; dentes maxillae et mandibulae validi, breves, conici, simplices, haud numerosi, homogenei, excepto primo maxillae laniario reliquis multo longiore, palati nulli; aures extus non conspicuae; truncus longulus, crassus, cylindricus, undique aequali ambitu; cauda trunci forma ac crassitie apice obtusissima; anus transversus, latus.

Pholidosis. Scuta in capitis parte superiore subconvexa obsolete angulosa; scutum verticale subrotundum, fere septangulum; scuta ocularia subquadrangula; scutum marginale labii inferioris utrinque unicum, maximum, subtriangulare; scutum mentale unicum, longiusculum, subcordatum, obsolete angulosum; scutum parvum, subovatum utrinque infra scutum marginale labii inferioris; scuta marginalia labii superioris tria quadrangula; sternum scutis sex longiusculis plus minusve polygonis, laevissimis obtectum, scutis quadrangulis nonnullis parvis infra et juxta illa adnexis; truncus caudaque tota annulis impressis numerosissimis, angustissimis et supra punctulis in interstitiis annulorum elevatis, numerosissimis aucta, subtus laevia; linea longitudinalis recta in spina dorsi, lineolis fere X— formibus exarata, secunda talis in abdominis medio, tertia quartaque in utroque ejus latere; abdominis caudaeque inferioris impressiones annulares lineis longitudinalibus crebris, aequo modo impressis dissectae, unde in his partibus multa parva quadrata; scutum ano impositum sexstriatum, lunulare, poris nullis. Trunci annuli 265 — 267, caudae 11 — 13.

Color. Corpus pallidissime violaceum sive lilacinum, fere hyalinum; colli color magis coerulescens, caudae in apice albidus; puncta corporis elevata fusca; caput rubicundo-album, ad margines in flavidum vergens; abdomen ex dilute rubicundo hyalinum sive ex albido coerulescens. (NEUWIED.)


Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 13'' 2''', caudae solius 11''', ambitus trunci pone occiput, in medio et ante anum 2'', caudae in medio 1'' 9'''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasilia a Rio de Janeiro usque ad flumen Espirito santo: degit, *Amphisbaena* in morem, sub terra, supra eam post pluvias reperitur.

OBSERVATIONES. *Speciem hanc habet Museum Berolinense, Lugdunense ac Monacense; specimina necata mox in sordide album vergunt.*

*) *Amphisbaena punctata* BRIT. (Zool. Journ. 10. 1827. p. 256.) ex Cuba insula toto coelo diversa et vera *Amphisbaena*.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



CHAMPSA MISSIPES.

Tab. XVII.

CHAMPSA FISSIPES.

SPALTFÜSSIGER ALLIGATOR.

T A B. XVII.

Character essentialis. Plantae digitis liberis; porca inter canthos anteriores oculorum; corpore supra olivaceo, nigro-vario, subtus flavo, ad latera fusco-maculato.

SYNONYMIA. Caiman fissipes SPIX Lac. Bras. p. 4. t. 3. (fig. bona.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput depresso-ovatum, latum, obtusum, breve Champ-sae Lucii, diversum ab hujus capite porca inter canthos anteriores oculorum, admodum elevata, oblique utrinsecus versus maxillae tomia supra dentem nonum excurrent; rostrum ac maxillae latera foveolis rugosis; orbitalium margo superior elevatus; interstitium inter utrumque angustum, versus porcam inter oculorum canthos anteriores situm sensim latius, postice in vertice planiore sed ter impresso et canaliculato-rugoso late excurrent; supercilia cutanea antice lamina ossea trigona suffulta, pone cutaneo-acuminata; nares, oculi, ac aures congenerum; tomia distincte undulata; dentes alternantes, mandibulares omnes introrsum, maxillae omnes extrorsum versi, maxillae triginta sex, totidem mandibulae, ceterum ut in congeneribus formati; collum et truncus congenerum; cervix fasciis scutorum quinque; scuta fasciae primae octo angustissima, circuli segmentum breve aemulantia, latis intervallis inter se distantia; duo intermedia eorum omnium minima, reliqua magnitudine fere aequalia; scuta fasciae secundae tertiaeque in modum nunc descriptorum formata, iisdem minora, fasciae secundae quatuor, latissimis intervallis inter se distantia, duo intermedia eorum minima, fasciae tertiae octo, in modum praecedentium posita, duo intermedia omnium maxima; scuta fasciae quartae quatuor, omnium cervicis maxima, admodum magna, praesertim duo intermedia inter se in basi lata connexa, planiuscula, quadrata, in medio carina valida elevata, rugoso-impressa; scuta fasciae quintae duo, intermediis duobus fasciae praecedentis forma universali, situ magnitudineque similia, carina excepta obliquiore; scuta praecedentium fasciarum laevia; dorsum fasciis scutorum octodecim; prima earum e scutis duobus, secunda ad septemdecimam e scutis sex distinctis, fascia septemdecima et octodecima e scutis quatuor compositae; scuta fasciae secundae lateralia utrinsecus duo plus minusve obsoleta; cauda scutorum fasciis triginta septem, ad latera laevibus, in parte superiore a dorsi fascia ultima usque ad fasciam quindecimam 6 — 7, penultima duo 2, antecedentia quatuor 3, carinis, reliquis superius in cristam compressam, simplicem, altam desinentibus; truncus ad latera scutellis ovatis, distincte carinatis, per seriem subarcuatam digestis, infra dorsi fasciam quintam incipientibus, infra tredecimam desinentibus; reliqua trunci superioris, colli ac pedum scutis irregularibus rhombeisque, planis, plus minusve magnis tecta; scutella menti, partis inferioris colli, trunci caudaeque quadrata, laevia, palmae plantaeque subtus squamoso-granulosae; pedes congenerum exceptis digitis plantae toto fissis; digitus extimus eorum cum penultimo basi palama brevissima connexus, muticus, reliqui unguiculati; palmae digiti fissi, tres interiores unguiculati, reliqui mutici.

Color. Olivaceo-virescens; dorsum et cervix nigro-conspersa, illud ad latera maculis nigricantibus variegatum; pedes ex olivaceo-viridi et nigro variegati; cauda ex olivaceo-viridi et ex nigro fasciato-variegata; mentum virescens; collum, truncus et cauda subtus flava, immaculata, abdominis scutis ulti-

mis exceptis macula magna irregulari fusca notatis; caput olivaceo-virescens lituris nigricantibus subtilibus punctisque concoloribus, mandibulae latera fasciis obsolete nigricantibus variegata.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 5' 4 $\frac{1}{2}$ "", caudae solius 2' 7 $\frac{3}{4}$ "", capitis 9", cranii 3 $\frac{3}{4}$ "", rostri 5", ejusdem latitudo ante oculos 5" 2'", immediate pone nares 3 $\frac{1}{4}$ "".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasilia, in terris flumini Amazonum confinibus.

OBSERVATIONES. *Specimina hujus speciei duo adsunt in Museo Monacensi, quorum unum vix bipedale, discripto majori, a SPIXIO allatum in omni puncto simile.*



HELIODERMIA HORRIDUM, Wieg.

HELODERMA HORRIDUM *Wieg.*

R A U H E K R U S T E N E C H S E.

T A B. XVIII.

Character essentialis. Terreo-fuscum, squamis durissimis lentiformibus gibbis, supra caput majoribus, subangulosis, nigro-fuscis et aureo-flavis variegatum; cauda annulis quinque flavis; squamis abdominis oblongo-quadratis, laevibus, planis, fusco-et flavo-variis.

SYNONYMIA. De Acaltetepon, seu Moneoxillo mucronato, quod privatim TEMACUILCAHUYA vocant, Lacerto novae Hispaniae, HERNANDEZ Hist. Nov. Hisp. Cap. II. p. 315. Heloderma horridum WIEGM. Isis 1829. S. 624.

D E S C R I P T I O. *)

Corporis forma universalis. Caput ovatum, depressum, planum, rostro longo ad latera rotundato, obtusissimo; occiput rostro non altius applanatum, ad latera subintumidum; mandibula maxillae longitudine, humillima; tomia utriusque rectissima; rictus ultra oculos extensus angulo recto; labia maxillae et mandibulae versus oris angulum prominula caeterum plana; canthus rostralis obsoletus, rotundatus; nares laterales ab oculis largo interstitio distantes, verticali-patulae, magnae, pyriformes, intra squamas tres planas sitae, extrorsum spectantes, simplices; oculi alte siti, subobliqui, nares inter et oris angulum intermedii; palpebrae superioris rudimentum, inferior completa; aures angustae, perpendiculares, patulae (?); gula inermis, non inflabilis; dentes tomiorum margini adnati, haud numerosi, graciles, conici, acutissimi, antico latere intus sulco profundo exarati, homogenei, maxillae primores reliquis breviores, recti, reliqui retrorsum et extrorsum versi, palatini nulli; truncus torosus, longulus, pone antipedes et ante scelides parum attenuatus; collum longulum trunci fere longitudine, crassum, depressiusculum, occipitis latitudine, non plicatum; squamae capitis, trunci, pedum nec non totius caudae supra et ad latera, capitis et colli subtus quoque osseae, maxime gibbae, lentiformes, obtusae, cum tota basi cuti insidentes, rugulosae aut sublaeves, parvis interstitiis subgranulosis inter se subdistantes, per series numerosissimas transversas dispositae, magnitudine formaque omnes aequales, solum supra caput majores et polygonae, partis inferioris trunci caudaeque scutelliformes, planae, laeves, oblongo-quadratae, cuti cum tota basi affixae, per series transversas digestae; pedes robusti, teretiusculi, modice longi, postici anticis vix validiores, omnes pentadactyli; digiti crassi, breviusculi, tereti-compressiusculi, antipedum omnes liberi, tertius cum quarto, secundus cum quinto aequali fere longitudine, quintus primo paullo longior; scelidum digitus secundus et quartus cum intermedio cute modice lata usque ad finem phalangis primae connexus, reliqui liberi, tertius cum quarto aequali fere longitudine, extimus vix, sed versatilis, cum reliquis fere in una eademque basi situs; digiti scelidum digitis antipedum non longiores, omnes unguiculati; ungues validi, compressi, arcuati, acutissimi, in pedibus anticis quam in posticis fere majores; pori femorales nulli; cauda trunco longior, teres, sensim in acumen desinens, integra.

Color. Corpus totum terreo-fuscum; collum, truncus et pedes supra, illud subtus quoque squamis aureo-flavis per maculas irregulares dispositis pulchre variegata; cauda fasciis latis aureo-flavis, in medio annulo terreo-fusco diremtis picta; abdominis scutella corneo-fuscescentia, plus minusve flavido-variegata.

*) Foeminae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 29½", caudae solius 13½", capitis 1¼"; ejus latitudo supra oculos 1" 4"', supra occiput 2" 3"'; ejusdem altitudo in medio 13'''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Mexico, incolis ob corporis structuram formidabilem, et ob, quod animali inesse credunt, venenum Escorpion dictum, iisque ipso crotalo odiosius. Reliqua e HERNANDEZII verbis colligere licet, quae libro secundo p. 315 leguntur: „versatur in Quauhnacensibus agris, aliisque ferventibus huius Novae-Hispaniae locis, lacerti terrificum quoddam genus, nuncupatum ab indigenis Hispanis Scorpius, duas longum spithamas, prolixa cauda, brevibus cruribus, lingua, quam interdum versat, rubra, lata ac bifida, torvo capite, incessu gravi, taroque, et crusta intectum dura, fulvis punctis etc. variata. Hujus animalis morsus noxius est sed minime lethalis, quo fit, ut visu quam ictu sit horridius, nec quemquam impetat nisi laesum et concitatum. Lumborum caro ingesta duorum obolorum pondere, venerem miram in modum dicitur excitare, neque ea in re Scincis cedere, crustam vero Scorpionum adversari morsibus. Nec desunt gentes, quae arcus suos eadem operiant muniantque, putantes, ita venenatorum animalium noxiam naturam hebetari, atque coerceri.

OBSERVATIONES. *Specimen depictum, nuperrime necatum, nitidissimum, misit ad Museum Berolinense cum adjectis notis supra communicatis dom. DEPPE. In specimine effarcto linguae structuram auriumque non satis examinare licuit. Secundum dentium squamarumque formam ac positionem ad lacertas thecoglossas Systematis mei Heloderma referendum erit. HERNANDEZII descriptio colorum ex bestiola viva ad specimen supra dictum plane quadrat. Ob squamarum duritiem color in speciminibus effarctis sive spiritui vini conditis vix pallescat.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



Fig. 1.



Fig. 2.

AMPHIUMA DIDACTYLUM Cuv.

AMPHIUMA TRIDACTYLUM Cuv.

AMPHIUMA DIDACTYLUM Cuv.

Z W E I Z E H I G E R A A L M O L C H.

T A B. XIX. F I G. 1.

Character essentialis. Pedibus didactylis; corpore griseo-nigro, unicolore, subtus pallidiore.

SYNONYMIA. Amphiuma means GARDEN Letter to Ellis, in the Corresp. of LINNAEUS l. p. 399, to LINNAEUS, l. c. p. 333. Sireni similis, LINN. to GARD. (ED. SMITH Corresp. of LINN. 1821.) Chrysodonta larvaeformis MITCHILL, Medical Recorder 1822. p. 529. — RICH. HARLAN: Journ. Acad. N. S. Phil. 1823. c. fig. Id. Ann. Lyceum Nat. Hist. New-York 1825. c. fig. — Amphiuma means (didactylum) Cuv. Mém. du Mus. d'hist. nat. XIV. 1827. p. 4. t. 1. f. 1. 2. 3. t. 2. (Anatome.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput indistinctum, depressum, trunco minus altum, obtusum, lateribus rotundatum, longulum; maxilla quam mandibula paullo longior ejusque tomia cum labiis prominulis obtegens; oris rictus ultra oculos extensus, rectus; nares anticae, in rostri apice sitae, parvae, simplices, punctiformes, sibi approximatae; oculi capitis cute pellucida obtecti hinc inde absque palpebris, laterales, minuti, circulares, parum prominuli; lingua vix ulla; dentes simplices, conico-acuminati et subarcuati, approximati, in maxillis et in palato, hic quam in maxillis paullo minores per seriem Λ —formem dispositi, maxillae viginti, mandibulae sexdecim, palati quatuordecim aut quindecim; aures extus non conspicuae; branchiarum (?) foramen utrinque ad capitis latera postica oris angulo oppositum, ovatum, subobliquum, in margine externo limbo, intus limbis duobus pusillis membranaceis, mobilibus, subtilissimis exstructum; truncus longissimus anguillae, teres, undique aequali crassitie et versus caudam vix angustior, a capite usque ad caudam plicis impressis, transversalibus auctus; pedes brevissimi, minuti, teretes, didactyli, postici anticis vix majores, hi paullo pone et infra branchiarum foramen siti; digiti brevissimi, liberi, teretes, exunguiculati, externus interno parum longior; anus rima longitudinalis, simplex; cauda longula, sensim acuminata, acuta, compressa, in culmine superiore circiter a medio usque ad apicem carinata, subtus rotundata. Corpus totum undum, laeve, caput solum in parte supera subgranulosum.

Color. Animal totum griseo-nigricans, unicolor, in partibus inferioribus paullo pallidius; dentes aureo-flavi.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 10" 9", caudae solius 5¼".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Novi-Aureliani, Floridae, Georgiae et Carolinae australis paludibus, in quorum limo in antris a se fossis, non raro duos aut tres pedes altis lumbrici terrestres in morem latitat; sed supra terram quoque per aliquot tempus vivere valet. Apud Nigros terrarum nominatarum bestiola haec, maxime ab iis detestata, vocatur Congo-Snake. Sunt specimina ultra duos pedes longa.

AMPHIUMA TRIDACTYLUM *Cuv.*

D R E I Z E H I G E R A A L M O L C H.

T A B. XIX. F I G. 2.

Character essentialis. Pedibus tridactylis; corpore griseo-nigro, unicolore, subtus pallidiore.

SYNONYMA. *Amphiuma tridactylum* Cuv. Mém. du Mus. d' hist. nat. XIV. p. 7. t. 1. f. 4. 5. 6.


D E S C R I P T I O.

Corporis partes omnes ut in specie antecedente formatae ac pictae, pedes solum tridactyli. Longitudo 27", caudae solius 9".

Habitatio et vitae ratio. Habitat cum praecedente specie.

OBSERVATIONES. *Vidi Amstelodami hanc et praecedentem speciem cum multis aliis Amphibiis ex America septentrionali allatis in domo negotiatoris aviarii. Vir qui bestiolas emerat plures mecum ad delineandas ac describendas communicavit.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



SIREDON AXOLOTL.

Tab:XX.

S I R E D Ò N A X O L O T L.

A X O L O T L.

T A B. XX.

Character essentialis. Ex fusco nigricans maculis obscurioribus irregularibus nigris parvis, numerosis variegata; cute granulis parvis asperula; palmis tetra-, plantis pentadactylis.

SYNONYMIA. Axolotl sive Iusus Aquarum HERNAND. Thes. Nov. Hisp. p. 76 et p. 316 (exclusa adjecta icone ad Cycluram pertinente.) ID. Atolocatl l. c. p. 77. c. 4. Gyrimus mexicanus SHAW Naturalist's Miscellany t. 343. ID. Siren pisciformis Gen. Zool. Vol. III. P. II. p. 612. t. 140 (fig. satis accur.) Axolotl CUV. in HUMB. et BONPL. Observ. de Zool. 1. p. 109. t. 12. t. 14. f. 10 — 16. Axolotl EVER. HOME Account of the organs of generat. of the Mexic. Prot. Philos. Transact. 1824. p. 419. t. 21. t. 22. t. 23. (figuræ optimæ.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput Siluri Glanis, depresso-rotundatum, latum, rostro obtusissimo, brevi, depresso-devexiusculo; maxilla quam mandibula fere brevior hanc non includens; oris rictus Siluri rectus, latus; tomia rectissima versus angulum oris exterius membra sublibera, laxa, maxillae descendente, mandibulae ascendente, utraque attamen apice antico ita connata ut infra mandibulae membranam cavum quodammodo nascatur, aucta; nares apicales, parvae, rotundae, simplices, introrsum patulae, largo interstitio inter se distantes, non breviori ab oculis; oculi parum prominentes, circulares, modice magni, cute communi capitis obducti, sed infra hanc pellucetes; aures latentes; branchiarum foramen exterius maximum, usque ad mentum extensum, ibidem hujus cute laxa, libera in morem subligaculi obtectum; arcus branchiales ossei quatuor, latere interno cartilagineo-denticulati, tres eorum inferiores extus ramulis carnosissimis (branchiis) longissimis, in margine infimo in cirros numerosissimos excurrentibus, subulatis ceterum et longe ultra antipedes extensis aucti; dentes ranini, homogenei, numerosissimi, parvi, simplices, angusto-conici, subtiliter introrsum flexi in maxilla et mandibula; palatini distincti, conformes, congesti, per lineam arcuatam digesti; lingua parum mobilis, antice solum libera, cartilaginosa, apice truncata; truncus torosus, teretiusculus, ejus postica pars sensim angustior, antica occipitis latitudine; collum brevissimum, indistinctum; pedes quatuor perfecti, pro trunci mole imbecilles, tereti-compressiusculi, postici anticis validiores, pentadactyli, antici tetradactyli; digiti perfecti, subulati, depressi, acuti, basi, praesertim palmae, cute communi subconnexi, omnes mutici, apice vero subpellucido acutissimi ac quasi luridi, longuli; palmae extimus cum intimo ac duo intermedii aequali fere longitudine, plantae omnes longitudine inaequales, quartus omnium longissimus; cauda muscosa valida, compresso-lanceolata, supra ac infra membrana natatoria erecta, integerrima, superiore usque ad dorsi medium expansa, limbata, truncum longitudine aequans; anus rima longitudinalis simplex, marginibus copulae tempore perquam intumida ac rugoso-plicata.

Corpus totum nudum granulis cutaneis asperulum.

Color. Corpus totum fuscescenti-nigricans maculis numerosissimis parvis polymorphis, nigris variegatum.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo (speciminis modice magni) a rostri apice usque ad caudae finem 8½", caudae solius 4" 5", capitis 13", humeri 7", antibrachii 4½", femoris 7", tibiae 4½", branchiarum ramuli supremi, omnium longissimi, 1" 5" infimi, omnium brevissimi, 10"; ambitus occipitis et trunci infra humeros 3" 1", hujus ante femora 2" 10".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Mexico, magno numero in lacu juxta urbem Mexico sito ac in aliis lacubus nec non in aquis frigidissimis montium altissimorum 8000 pedes supra mare elevatorum, mense Junio ita numerosa, ut multa millia earum in forum ferantur et edantur; multiplici modo edulis; salubre ac gratum praebet alimentum, nec dissimile anguillarum carni; victitat molluscis, potissimum astacis parvis *); copulae tempore anni regio, praesertim in mare, maxime intumescit; excrementa non raro rubra; ab indigenis animalculum hoc vocatur Axolotl.

OBSERVATIONES. *Specimina Siredonis Axolotl adsunt in Museo Parisiensi, Berolinensi ac Monacensi; summus Lichtenstein tria mecum communicavit. — Colorum alterationem in speciminibus in spiritu vini conditis hucusque nondum observavi. Vidi nonnulla 15" longa. —*

*) In ventriculo nonnullorum exemplarium inveni astacos ultra pollicem longos, quos HERNANDEZIUS (p. 78. c. 8.) squillas Acocolin ait.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



Fig. 1. Malesd. adult.



Fig. 2. Fem. juv.

CYSTIGNATHUS PACHYPOUS.

CYSTIGNATHUS PACHYPUS.

D I C K A R M I G E R L A D E N B L A E S E R.

T A B. XXI. F I G. 1. 2.

Character essentialis. Trunco supra olivaceo, nigro-maculato, vittis cutaneis longitudinalibus elevatis octo, sex intermediis fusco-rufis, interpositis lineis elevato-punctatis, subtus albo; antipedibus (maris) incrassatis.

Synonymia. Rana Gigas SPIX Ran. bras. p. 1. t. (foemina; descriptio e specimine detrito ac decolorato.) ID. Rana pachypus cum variet. p. 2. t. 2. f. 1. Mas. f. 2. Foem. (Figurae e speciminibus decoloratis ac detritis.) ID. t. 3. f. 2. (Juv.) ID. Rana coriacea p. 5. t. 5. f. 2. (Icon e specimine manco.) Rana pachypus NEUW. Beitr. zur Naturgesch. Bras. 1. p. 540.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput proportionatum depresso-ovatum, lateribus rotundatum; rostrum longulum acutiusculum, in medio obsolete biangulosum; oris rictus maximus; lingua magna, plana, tenuis, rhombeo-circularis, in marginis postici et antici medio subexcisa, pone et ad latera libera sed non supra rostri apicem emissilis, papillis minimis, vix conspicuis, planis tecta, inde laevis; dentes maxillae numerosi, homogenei, subapproximati, conici, palati dentibus maxillae forma similes, arcuato-dispositi, mandibulae nulli; nares rotundae, rostri apici proximae, sursum spectantes, angustiusculo intervallo inter se distantes, supra rostri proeminentiam subangulosam sitae; oculi modice magni, admodum prominentes auribus quam naribus approximatiores; tympanum modice magnum, circulare haud procul ab oculis immediate supra oris angulum situm; truncus validus Ranae temporariae vittis supra cutaneis octo elevatis, quarum duae intermediae ab occipite, reliquae ab oculorum cantho postico usque ad femora ductae; puncta cutis elevata inter binas vittas per lineam digesta; reliqua trunci et pedis antici laevia; pedes postici verrucosi, anticis multo graciliores, pentadactyli, illi tetradactyli; palmae digiti breves, liberi, primus cum tertio, omnium longissimo, secundus cum quarto aequali fere longitudine, omnes largo intervallo inter se distantes; digiti primi phalanx prima latissima, angulum a digito late distantem formans; os metacarpi digiti ejusdem aequo modo dilatatum, palmae tuberum alterum formans; brachium et brevissimum antibrachium ingenti crassitie, teretia *); femora, tibiis breviora, tereti-compressiuscula, brachio multo graciliora; digiti longi, secundus, quartus ac quintus membranae rudimento inter se subconnexi, reliqui toto liberi, tertius quinti fere longitudine, quartus omnium longissimus, primus omnium brevissimus. Mas adult.

Foemina. Antipedes non incrassati, scelidibus graciliores, digiti primi phalanx prima atque os metacarpi non dilatata; reliqua maris.

Color animalis adulti. Truncus, pedes et caput supra nigricanti-olivacea, subtus alba, plus minusve olivaceo-conspersa; vitta a naribus per oculos supra et ultra aures ducta; macula frontis inter oculos sita trigona, pone emarginata, aliaeque dorsi maculae oblongo-quadratae, quarum posteriores sensim minores, ad latera supra vittam elevatam penultimam irregulares et discretae, fasciolae breves in utroque femoris tibiaeque latere nec non antipedum maculae nonnullae nigrae; vittae dorsi elevatae rufuscae extima earum rubicundo-flavida; humeri et scelides nitore aureo-cupreo; pupillae margo aureus.

*) Os brachii dilatatum perfecte omoplateae figuram aemulat. Vide meum Systema Amphibiorum.

Color foeminae junioris. Animali adulto similis, corporis partes superiores quam in hoc dilutiores, maculae nigrae numerosiores, rotundatae; maxillae margo nonnihil aureo-resplendens; vittae dorsi elevatae rufescenti-fuscae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo (maris) a rostri apice usque ad trunci finem $4\frac{3}{4}$ "", capitis $1\frac{1}{4}$ "", brachii 1", 5"", antibrachii 9"", femoris 1" 4"", tibiae 1" 8""; ambitus brachii 2" 9"", femoris 2" 2"".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasilia ad flumina Espirito Santo et Jucu; vox plurium, qui coaxant, interdum non ingrata; timidus; ab indigenis ob femora, quibus vescuntur, capitur; alte salitat.

OBSERVATIO. *Rana haec adest in Museo Monacensi ac in collectione mea. Exemplaria nonnulla communicavit nostrum Museum cum M. Lugdunensi Bat. — In spiritu vini conditum animal totum nigricat, si ventrem excipis albidum. Notitias meliores de colore animalis viventis et de ejusdem vitae ratione debemus serenissimo principi MAX. NEUWIED.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



Fig. 1.




Fig. 5.



Fig. 2.




Fig. 4.




Fig. 3.

CERATOPHYRYS DORSATA Neuw.

Fig. 1. Mas. Fig. 2. Foem.

ALYTTES OBSTETRICANS.

Fig. 3 - 5.

CERATOPHRYS DORSATA *Neuw.*

R Ü C K E N S T R E I F I G E R H O R N F R O S C H.

T A B. XXII. F I G. 1. 2.

Character essentialis. Obscure fusca; vitta dorsi aurantiaca (*maris*) sive viridi (*foeminae*) supra caput ducta, utrinque maculis angulosis atris e verrucis parvis ac magnis compositis limbata; tibiis viridi-bifasciatis; abdomine immaculato; plantis semipalmatis.

SYNONYMYA. SEBA Thes. 1. t. 71. f. 1. Rana cornuta LINN. Mus. Ad. Fr. 1. p. 48. Syst. Nat. 1. p. 356. SHAW Nat. Misc. t. 76. MERR. Tent. Syst. Amph. p. 176. n. 14. TILES. Mag. der Gesells. naturf. Fr. in Berl. 1809. p. 92. (c. fig. mala.) Bufo cornutus LAUR. Rept. p. 25. LATR. Rept. II. p. 117. DAUD. Ran. p. 102. t. 38. (fig. mala e specimine decolorato Cerat. Daudini CUV.) Rana megastoma SPIX. Ran. bras. t. 4. f. 1. (Pict. e specimine decol. C. Spixii CUV.) Ceratophrys dorsata NEUW. Beitr. zur Naturg. Bras. 1. p. 576. Id. Abbild. zur Naturg. Bras. c. fig. opt. maris et foeminae e speciminibus vivis.)

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput ingens trunco multo latius ejusdemque fere longitudine, rostro longo, obtusissimo, latissimo a fronte versus apicem et ab oculis versus tomia perquam devexo; rostri medium obsolete biangulosum elevatum; frons fere inter oculorum canthos anteriores foveolari-imprensa, occipite multo altior; vertex planus, lateribus asserculiformi-prominens; oris cavum ingens, rictus usque infra aures extensus; lingua incrassato-musculosa suborbicularis, marginis postici medio sinuata, pone libera, emissilis (?), papillis minimis, planis tecta; dentes maxillae numerosissimi, homogenei, conici, subreclinati, mandibulae nulli, palati parvi (in animali adulto nulli); margo tomiorum mandibulae integerrimus, acutus, apex utriusque denti-formi-ascendens; nares ad utrumque latum proeminentiae intermediae rostri sitae, parvae, semilunulares, sursum spectantes, in medio oculorum canthum anteriorem inter et rostri apicem sitae; oculi altissime juxta frontis latera siti, orbitis elevatis; palpebrae inferioris rudimentum, superior completa, totum oculum obtegens, in acumen cutaneum teres, gracile, cornu recti formam aemulans terminata; aures cute communi capitis tectae; rostrum glabrum regio parotica ac palpebra superior papillis nonnullis tectae; truncus brevis, crassus, versus femora subattenuatus, supra undique papillis cutaneis, conicis, erectis, mollibus obtectus; dorsum superius in medio glabrum; caput, truncus et pedes subtus fere glabra, cutaneo-subgranulosa; antipedes proportionati tetradactyli, scelides antipedibus parum majores pentadactyli; digiti palmae toto liberi, teretes, tertius omnium longissimus, secundus brevissimus, primus a secundo largo intervallo distans, basi intumidus, omnes subtus glaberrimi; digiti plantae a basi usque ad medium palmati, membrana digiti extimi apicem attingens, inter digitum vero primum et secundum solum in basi conspicua, laevis; digiti omnes inaequali longitudine, quartus omnium longissimus, primus brevissimus, tertius quinto paullo longior, quarto multo brevior, omnes subtus glaberrimi sed, sicut plantae, infra articulationes verruca semiglobosa, glabra tecti; pedes supra, digitis exclusis, verrucis, trunci illis conformibus, non creberrimis obtecti; lobulus cutaneus, pendulus supra anum.

Color. Mas. Obscure fuscus; vitta dorsi intermedia in rostri apice incipiens aurantiaca, nonnihil viridi-variegata; capitis latera humerique maculis striisque rubro-fuscis variegata; maculae capitis vitta oculari nigro-fusca descendente diremtae; trunci latera maculis nonnullis virenti-nigris, limbo pallide rubicundo-griseo cinctis; uropygium obscure fuscum virenti-lavatum; tibiae fasciis tribus eleganter viridibus; abdomen immaculatum, flavido-album, ad latera ex fusco-rubro maculatum et punctatum; antipedes obscure fusci

fasciis nonnullis obsoletis rubicundis; maculae supra dorsum longitudinaliter positae atrae ex papillis conicis elongatis et multis aliis brevibus conflatae.

Foemina. Obscure fusca, maculae dorsi atrae ut in mare; mandibulae margo flavus; vitta a rostri apice supra caput ac totius dorsi medium ducta lata, utrinque pone oculos alteram, aequae latam, concolorem emittens et oblique supra brachium versus trunci latera ducta eleganter viridis, nitida; palpebrae basi intus virides, reliqua parte extus fuscescenti-flavae; regio parotica virens; stria nigro-fusca, margine inferiore multi-angulosa linea albida limbata a naribus usque ad aures infra oculos ducta; antipedes ac tibiae fasciis binis viridibus, illi margine postico linea longitudinali albida limbati; femora castaneo-fusca; abdomen flavido-album, immaculatum; mentum solummodo obscure griseum. Irides latae fusco-rubicundae, supra pupillam rubicundo-aureae.

Pullus. Palpebrae superioris acumen brevissimum, vix conspicuum; truncus supra laete gramineus, maculis, ut in adulto positus, flavido-fuscescentibus ac nigro-fuscis; palpebrae virides, stria intermedia flava; pedes obscure fusci viridi-fasciati; trunci latera flavido-fusca maculis rubicundo-fuscis sive nigricanti-fuscis; partes corporis inferioris omnes sordide albae, immacolatae; verrucae nullae; maculae dorsi nigro-fuscae ut in adulto elevatae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad anum 4" 3/2", capitis 2" 2", trunci 2" 5", brachii et antibrachii 13", femoris ac tibiae 1" 5"; ambitus capitis prope oris angulum 6 1/2", trunci in medio 5 3/4"; altitudo frontis 1" 4 1/2", occipitis 10".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasilia a provincia Bahia usque ad prov. Rio de Janeiro ac in Paraguaya. Degit in sylvis magnis, obscuris, humidis, praesertim in harum paludibus, undique, imo in sylvis ac locis cultivatis aridis saliens; victitat muribus, ranis, avibus, molluscis aliisque parvis animalibus, vesperi voce crocitante, monotona clamans; adpellatur Itannia sive Sapo de Chifre ab indigenis prope flumen Mucuri, Peruhypeoc in Caravellas habitantibus, Kururú in provincia Bahia; apud Botocudos audit Engoang. NEUW.

NOTA. *Exemplaria Ceratophryos dorsatae exstant in Museo Parisiensi, Berolinensi, Monacensi; in spiritu vini condita toto fusca apparent. Picturam animalis vivi hausit ex icone operis magnifici principis seren. NEUWIED. — Ceratophryos Boiei (NEUW. Beitr. p. 592 et Abbild. zur Naturg. Bras. C. granosa CUV.) species sane distincta, in Museo Berolinensi ac in collectione mea obvia. Sub nomine „Stombus cornutus“ describitur a GRAVENHORST. (Isis 1825. p. 952.) Differt a C. dorsata lobulo supra anum deficiente, plantarum digitis basi solum palmatis, abdomine constanter nigro-maculato, palpebrarum acuminibus longioribus etc. Dentes maxillae, a principe non observati, ut in C. dorsata formati sunt.*

A L Y T E S · O B S T E T R I C A N S .

G E B U R T S H E L F E N D E R F E S S L E R .

T A B . XXII. F I G . 3. 4. 5.

Character essentialis. Canus supra, verrucarum juxta utrumque trunci latus albidarum serie, subtus albidus, immaculatus.

SYNONYMIA. Petit crapaud terrestre. DEMOURS Hist. de l'Acad. de Paris. 1741. p. 29. Bufo obstetricans LAUR. Rept. p. 28. 128. BRONGN. in Bullet. phil. n. 36. p. 91. t. 6. f. 4. LATR. Salam. p. 40. Rept. 2. p. 112. DAUD. Ran. p. 87. t. 32. f. 1. (fig. mala.) Rept. 8. p. 176. Geburtshelfer KROETE. SCHRANK Faun. boic. 1. S. 272. Rana obstetricans WOLF in STURMS Deutschl. Faun. III. Hft. 4. (duae figurae, non satis accuratae.) Bombinator obstetricans. MERR. Syst. Amph. p. 179. n. 5. Bufo campanisonus GOLDF. Handb. der Zool. p. 484.

D E S C R I P T I O .

Corporis forma universalis. Caput latiusculum admodum depressum; lateribus rotundatum; rostrum breve obtusum; maxilla mandibulae marginem includens; nares puncti-formes supra rostri apicem sitae, haud lato intervallo inter se distantes; oculi magni admodum prominentes auribus quam naribus propiores, pupilla triquetra; tympanum distinctum, subtile, circulare, haud procul ab oculis et immediate supra oris angulum situm, modice magnum; dentes maxillae numerosi, homogenei, conici, subapproximati, palati dentibus maxillae forma similes per lineam rectam dispositi, mandibulae nulli; lingua lata, subcircularis, postice subtruncata, margine toto integra, tota mento affixa, postice vix libera, plana, papillis subtilissimis, laevibus tecta; parotis nulla; truncus depressiusculus, brevis, supra granulis minutis, laevibus, in utroque latere serie verrucarum majorum laevium a brachio usque ad femur ducta tectus, subtus cutaneo-granulosus; antipedes scelidibus multo minores tetradactyli; digiti breves, basi rudimento membranae inter se subconnexi; tertius eorum omnium longissimus, primus extimi fere longitudine, secundus his paullo longior; planta pentadactyla; digiti semipalmati, quartus omnium longissimus, primus brevis, omnium brevissimus, secundus quinti longitudine ac forma, basi latiusculus, tertius his paullo longior.

Color. Caput, truncus et pedes supra cana, maculis parvis, discretis, fuscescentibus variegata; verrucae seriei lateralis albae; partes corporis dictae subtus albae, immaculatae; irides perlaceo-albae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad trunci finem $1\frac{1}{2}$ " , capitis 7" , brachii $4\frac{3}{4}$ " , antibrachii $3\frac{1}{2}$ " , femoris 8" , tibiae 7" .

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Galliae, Helvetiae et Germaniae regionibus meridionalibus, satis frequens in terra rhenana; vox sonum campanulae vitreae aemulans; copulatur sub finem mensis Martii; sub initium mensis Aprilis edit foemina ova 50 — 60, $\frac{1}{4}$ " lata, flavida, mare cum pedibus adminiculante; tum foemina, mare ii alligato inter utramque tibiam utriculum cutaneum, ova includentem, in cellas subterraneas, pedem aut duos pedes altas, arcte clausas, aberrans de via defertur; in his usque ad certam ovorum maturitatem latitat. Reliqua quae nunc sequuntur et vitam animalis spectant, dom. Dr. LUDOVICUS AGASSIZ, vir doctus, historiae naturalis amore flagrans, in zoologia ac zootomia experientissimus, qui Alytem obstetricantem magno numero vivum vidit, mecum communicavit. Idem debeo multa specimina in spiritu vini condita ac icones ex animali vivo.

Mense Aprili, cum radicem Tussilaginis Farfarae ex terra eruerem, inveni hoc animalculum. Erat inter radices hujus plantae, in profunditate pedis in marga densa sed humida, qua undique circumdabatur. Serius multa inveni, quorum aliquae duorum pedum profundo marga tegebantur, nullis radicibus socita, ita tamen arcte marga circumdata, ut nullo cavo inter animalis corpus et margam locus fuerit, nec ductus aliquis appareret, quo ad eam profunditatem devenerit. Femellae omnes hae ranae erant, ova sua flavida inter crura foventes. Haec ova sacco moniliformi, quo clauduntur, cohaerent, in ovorum interstitiis quasi articulato, cui tamen non adhaerent: nam si saccus in interstitiis comprimatur, ova loco cedunt. Quodlibet tamen ovum propriis pelliculis, ut in aliis ranarum ovis circumdatur. Saccus hic ergo pro condensato phlegmate, quo aliarum ranarum ova obvoluta sunt, habendus.

Generatio verisimiliter eodem modo peragitur, ac in Bombitatore igneo, amplexante mare lumbos femellae, et super enixa semen emittente. Peracto puerperio mas saccum enixum cruribus posticis femellae circumvolvitur, et quidem plerumque utrique, rarissime unico.

Ova primum nihil distincti ostendebant; erant globuli ovati, lutei, diametro circiter $\frac{1}{4}$ ". Post aliquod dies pelluciditatem aliquam nanciscebantur; distinguebantur duo puncta obscura (oculi) et stria elevata longitudinalis. Post plures alios dies ova plane pellucida fiebant, animalis partes explicabantur melius, os, nares, oculi, semicircularisque gyrini cauda corpori applicata manifeste videbantur; et paullo post etiam cordis pulsus et sanguinis circulatio conspiciebantur; luteum ovi tum valde diminutum erat; animalis motus augebatur, motus erant celeres, fiebantque trudendo.

Post tres septimanas ova magnitudine parvorum pisorum nacta, pelliculae vero illa involventes ruptae sunt, animalibus eorum cavum omnino replentibus celeriterque sese et continuo agitantibus. Nunc etiam mater inquieta fiebat, omnique modo sese ovis liberare conabatur, redibat vero ad quietem affusa aqua. Nunc ova mox a pedibus erant soluta. Imposui illa in vas planum, aqua plenum, vidique animalia continuo fieri inquietiora, denique singuli gyrini fulguris celeritate suas pelliculas deserebant, mox attonita sistebant, denique natabant, cauda pro temone utentes.

Quae vero ova aquae non immisi, ab animalculis aequae deserebantur, sed gyrini mox emoriebantur, etiam tum, quum illos mox a deserta pellicula aquae immisi.

Ex his colligi posse videtur, circa hoc tempus matrem subterraneam suam habitationem deserere solere, aquamque petere, in qua gyrini excluduntur.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



Fig. 1.




Fig. 2.

PHRYNOSOMA ORBICULARE. Wiegman.

Tab. XXIII.

PHRYNOSOMA ORBICULARE *Wieg.*

KREISFÖRMIGER KRÖTENBAUCH.

T A B. XXIII. F I G. 1. 2.

Character essentialis. Occipite cornubus octo, trunco ad latera serie unica squamarum trigonarum, horizontaliter positarum cinctis; squamis abdominalibus laevibus; corpore supra cinereo, rubro-mixto, lineolisque transversis albidis quinque aucto, subtus stramineo nigro-maculato.

SYNONYMIA. Tapayaxin HERNAND. Thes. Rer. med. Nov. Hisp. p. 67. c. 44. RECCHUS ibid. p. 327. Cap. 16. c. fig. p. 327. et p. 328. Agama cornuta HARL. JOURN. of the Acad. of natur. scienc. of Philadelph. IV. p. 299. c. fig. Phrynosoma orbiculare WIEGM. Isis 21. p. 367.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput testudineum brevissimum, tetragonum, aequè fere altum ac latum, superius in clypeum cordis chartae lusoriae ad instar formatum, medio impressiusculum productum, in occipite et temporum lateribus series cornuum osseorum octo, retroversorum, conicorum, validorum, lateralium sensim breviorum, discretorum armatum, facie brevissima oblique truncata, compressiusculo-rotundata, temporibus osseo-intumidis, regione ophthalmica impressiuscula; maxilla quam mandibula fere brevior, hanc non includens; lamina supraorbitalis ossea nulla; asserculum ante nares obsoletum; nares in asserculi apice obsoleto sitae, planae, rotundae, superius patulae; squamulae rotundatae margo, in qua sitae sunt, planus; oculi alte siti naribus quam auribus multo propiores, subobliqui, modice magni, palpebra utraque perfecta, crassa; aures distinctae immediate pone oris angulum conspicuae, tympano ovato alte sito; lingua crassa, lata, apicis rotundati medio incisula ibidemque latere inferiori papillis duabus laevibus, fere trigonis auctae; dentes primores ac anteriores maxillares mandibularesque simplices, conici, approximati, maxillae et mandibulae posteriores sensim majores, obsolete trilobi; palatini dentes nulli; truncus brevis, depressus, latissimus, fere orbicularis, inter axillas et ante femora intractus; collum brevissimum, constrictum, infra distincte uni-, ad latera rugoso-plicatum; ruga lateralis validissima, sacculi speciem sursum ascendentis profundi formans; cauda dorsi longitudine, tereti-depressa, validiuscula, sensim acuminata, basi dilatata; pedes pentadactyli, proportio-nati, modice longi; digiti validiusculi, simplices, teretes, liberi, omnes, et palmae et plantae, longitudine inter se inaequales, palmae breves, primus quinti fere longitudine; ungues omnes magnitudine aequales, modice magni, compressi, subarcuati, acutissimi, subtus angulo in medio prominulo; pori femorales veri nulli, eorum loco squamae in medio punctato-impressae.

Pholidosis. Squamae capitis ossibus quam maxime adpressae polygonae, elevato-punctatae et elevato-striatae; squamularum labialium series unica; squamulae strictissimae, oblongo-quadratae, maxillae obliquo-, mandibulae recto-postpositae, laeves; menti gutturisque squamae numerosissimae, rhombeae, laeves, minimae, partis inferioris trunci, pedum caudaeque majores plus minusve quadratae, aut rhombeae, omnes laeves, numerosae; menti sive ani scutella nulla, partes hae totae squamosae; squamae pedum ac digitorum superiores imbricatae, acute carinatae, colli trunci caudaeque heterogeneae, minimae, conico-, plano-, rotundato-sive polygono-granulosae, intermixtis majoribus trigonis, compressis, plus minusve carinatis, supra caudam per series quatuor longitudinales, juxta trunci utrumque latus per seriem unicam, supra dorsum per series circiter octo plus minusve regulares, supra femora per series duas dispositis.

Color. Corporis partes inferiores omnes albae sive stramineae, maculis parvis, numerosis, singularibus, irregularibus, nigris variegatae, superiores omnes cinereo-fuscescentes, testaceo-rubro nubilatae; dorsi medium maculis quatuor nigricantibus, lateraliter non distincte, sed pone linea transversa rubicundo-alba, pone nigro-marginata terminatis, spinae dorsi linea longitudinali cinereo-fuscescenti in medio dissectis; collum supra nigrum linea intermedia testaceo-rubra, et pone lineola rubicundo-alba terminatum; cauda supra alternatim nigro- et testaceo-rubro fasciata; pedes nonnihil in olivaceum vergentes testaceo-rubro variegati; squamae spinosae longae caudae laterumque trunci testaceo-rubrae; capitis latera testaceo-rubro-varia; irides obscurae; ungues fusco-albae.



Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 4" 8"', caudae solius 1³/₄", capitis 11"', humeri 5"', antibrachii 4"', femorum ac tibiae 5"'; ambitus trunci in medio 3" 4"', circa axillas 2¹/₄", ante femora 1³/₄".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Mexico inter lapides, colorem mutans. Reliqua vitae rationis ex HERNANDEZII verbis colligenda „gaudet ab hominibus apprehendi, manibus gestari, contrectari-que; placida quadam securitate, ac tranquillitate immobilis, quamobrem amicus hominis ab indigenis nuncupari solet. Illud est in eo mirabile, compressis vexatisve oculis, aut capite, aut parum indulgenter tractatis, sanguinis guttas per eos effundere, ac longius jaculari, qualis detrahi solet ab homine temperatissimo, et sana fruente valetudine: tanto impetu, ut trium passuum distantiam contingat trajectari. Vivit in montibus frigidarum regionum, ubi passim offenditur; gelidum semper tactu repertum, tardi incessus, ac raro mutans locum, etiam contrectatum atque apprehensum.“

OBSERVATIONES. *Speciem hanc habet Museum Berolinense et Museum Monacense; ad illud misit e Mexico dominus DEPPE, ad hoc baro de KARWINSKY plura specimina optime conservata. Specimen purissimae conservationis dedit mihi Museum primo dictum. — Color ruber speciminum in spiritu vini conditorum ac stramineus mox pallescit; reliqua colorum remanent. — In oris cavo nonnullorum speciminum inveni succum rubicundum, nutrimentis effusum, a Hernandezio pro sanguine habitum. In sacculo cutaneo colli laterali Ixodis species gregatim degit. — Phrynosoma orbiculare facile distinguitur a Phrynosomate bufonio (WIEGM. Isis 1828. p. 567.) simillimo squamis corporis inferioribus laevibus ac serie unica squamarum majorum juxta abdominis latera. Agama cornuta sane eadem species ac Phrynosoma orbiculare; apices squamarum ventralium emergentes facile pro serie secunda squamarum majorum haberi potuerunt. (Cfr. WIEGMAN l. c.) In hoc genere duae sectiones occurrunt, quarum prima:*

α) *squamis abdominalibus laevibus,*
Phrynosoma orbiculare, ac Phrynos. Douglassii (Ag. Dougl. BELL Transact.
of the Linn. Soc. 16. p. 105. t. 10.)
 altera β) *squamis abdominalibus carinatis,*
Phrynosoma bufonium.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS



CLEMmys CASPICA.

Tab: XXIV.

C L E M M Y S C A S P I C A .

C A S P I S C H E W A S S E R S C H I L D K R Ö T E .

T A B. X X I V .

Character essentialis. Testa humili, ovata, margine integro replicata, sordide olivacea, sterno apice postico emarginato nigricante, albido-variegato; collo, pedibus, cauda ac capite olivaceis luteo-striatis.

SYNONYMYA. Testudo caspica GMEL. Reise durch Rufsl. T. III. S. 59. t. 10. 11. (Descript. et ic. pessim.) GMEL. Syst. Nat. 1. p. 1041. SCHNEID. Schildkr. S. 344. DAUD. Rept. II. p. 124. Emys caspica SCHWEIGG. Koenigsb. Archiv 1812. p. 306. spec. 21. et pag. 430. Emys lutaria var. γ . MERR. Syst. Amph. p. 25. — Emys scripta SCHÖPF. Schildkr. t. 3. f. 4. 5. ic. mala e specimine sicco, pullo.

D E S C R I P T I O .

Corporis forma universalis. Caput gracile, humile, planum, collo non latius, tetragono-pyramidale, rostro subproducto, acutiusculo, compresso, anguloso, pileo unica lamina glaberrima tecto; rhamphotheca maxillae hanc mandibulae pyxidis instar tegens, utraque integra, acuta, superior narium latera attingens; nares simplices, parvae, rotundae; tympanum conspicuum, majusculum, ovatum; oculi subobliqui, proportionati, subproeminentes; mentum inerme; collum validum, depressiusculum, longulum, cute laxa ruguloso-granosa tectum sub testam prorsus reflexile.

Testa ovata, humilis, margine toto integerrima, replicata, supra hypochondria subdilata, supra (in animali juniore) distincte, sive (in animali adulto) obsolete tricarinata; carinae longitudinales, obtusae in scutellis vertebralibus omnibus, sed tantum in tribus lateralibus conspicuae; scuta vertebralia quinque, quorum anterius, omnium latissimum, pentagonum, secundum, tertium quartumque magnitudine aequalia, hexagona, latiora quam alta, ultimum vertebrali minimum obsolete hexagonum, sive potius pentagonum; scuta lateralia utrinque quatuor, quorum primum atque ultimum irregulariter hexagona, reliqua, magnitudine aequalia, quadrata; suturae horum scutorum omnes latiusculae, scuta ipsa margine subtiliter lineari-exarata; scuta marginalia laevia, viginti quinque, quorum anticum impar angustum, quadratum, reliquis brevius, reliqua quadrata, primum utrinque prope scutum impar angustatum, omnia, impari scuto excepto, margine replicata; sternum cum testa per symphysin connatum, magnum, thorace tamen multo minus, apice antico obsolete, apice postico distincte sinuatum, ceterum integerrimum, laeve, planum aut parum concavum (in foemina subconvexum), scutis duodecim integris, margine excepto, lineari-exarato, planis tectum; horum duo prima omnium minima, parva, triangularia, reliqua quadrata, quartum utrinque, dein quintum omnium maxima; in utraque juncturae fine scutellum quadrangulare.

Pedes robusti, anteriores compressi, posteriores tereti-compressiusculi, illi quinque hi unguibus quatuor armati, omnes rugulosi granisque cutaneis verruciformibus in scelidibus, squamiformibus potius in antipedum latere superiore tecti, intra thoracem reflexiles; plantae palmaeque verrucis graniformibus hispidae; digiti validi, supra scutellati, prorsus mobiles, laterales sensim breviores, membrana laxa, lata, usque ad rhizonychii finem producta, robusta, margine semicirculari granoso-denticulata connexi; ungues robusti, longi, rectiusculi, teretes, acuti, subtus excavati; cauda dimidio sterno brevior, gracilis, teres, sensim attenuata, granoso-rugosa; anus infra caudae basin.

Color. Caput olivaceum supra et ad latera lineolis longitudinalibus, mox apice anteriore convergentibus unduliformibusque, sive \cap —formibus (in occipite) flavis ornatum; irides flavae punctulo ante et pone pupillam nigricante signatae; collum ad latera flavens, supra magis ad olivaceum inclinans, vittis luteis, olivaceo-nigro marginatis notatum; pedes obscure olivacei vittis longitudinalibus singulis luteis picti; palma fasciis arcuatis luteis ornata; digiti luteo-maculati; cauda olivacea luteo-vittata; sternum nigricans in utroque margine maculis quinque albidis, non distincte terminatis variegatum; testa olivacea; scuta ejus lateralia ac marginalia in certa luce vittis angulosis rufescentibus, obsolete nigro-marginatis variegata, ultimo dicta latere inferiore ex flavido-viridi et nigro belle variegata; ungues nigri apice dilutiores. — In speciminibus hispanicis vittae capitis, pedum caudaeque sunt aurantiacae.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem (supra sternum) 11", capitis 1" 7"', caudae 2", sterni 6" 3"', thoracis (supra dorsum) 6½", brachii 1" 2"', antibrachii 1", femoris 1½", tibiae 1¼"; altitudo capitis 7"', testae in medio 3", ambitus illius pone oculos 2" 5"', hujus pone antipedes 9" 8"', ante femora 10½"; latitudo sterni 4", dorsi (in linea recta) 4½".

Habitatio et vitae ratio. Habitat ad Mare Caspicum ac in Dalmatia prope Ragusam in sylva Val di umbra dicta, montibus altis adumbrata ac vegetationis mira pulchritudine, ficis, cypressis palmisque luxuriante. In medio vallis fons paludem parvam format a mari tam parum remotam, ut hujus accessus et recessus in illa animadverti possit. Hic vivit animal, et cum homines adpropinquantes audiat repente saltando quasi in aquam salit. Agile est et ambulans sive natans caudam exserit et collum in altum tollit; resupinatum Marte proprio celeriter resurgit et interdum vocem tenuissimam edit. Dedit quoque in Hispania. Gmelin, peregrinator, affirmat bestiam saepe tali magnitudine reperiri, ut tres homines ejus testae insistere possint.

OBSERVATIONES. *Descriptionem ac iconem ex animali vivo cum speciminibus duobus in spiritu vini asservatis mecum communicavit dom. Dr. Carolus Michahelles, zoologiae ac zootomiae cultor indefessus, qui Italiam superiorem ac terras illyricas nuperrime peragravit ibique non paucas res naturales magni pretii collegit. Specimen vivum ipse vidi. Nemo ante nos praeter GMELINUM hanc testudinem ad naturam descripsit. Hauserunt auctores caput squamatum ex GMELINI icone miserabillima. — SCHOEFFII Testudinem scriptam in Museo Parisiensi exstantem ipse vidi. In speciminibus pullis siccatis saepenumero videntur strigae testae obscuriores vario modo inter se connexae. Capitis, colli, pedum caudaeque striae flavae animalis mortui mox pallescunt.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



RHINECHILIS AGASSIZII. Michx.

RHINECHIS AGASSIZII MICHAELLES.

AGASSIZ'S SCHNAUTZEN-NATTER.

T A B. XXV.

Character generis. Habitus universalis atque pholidosis trunci Periopseos hippocrepis, capitis forma labio superiore acuminato, inferiorem longe supercedente insignis, scutum rostrale trigonum subtus medio profunde sulcatum, scutum oculare anterius unum, scuta ocularia posteriora bina, vultus lateraliter levissime subsulcatus, dentes maxillares et palatini inter se homogenei, parvi, acutissimi, retrorsum flexi, cauda brevis.

Character speciei essentialis. Trunco cylindrico, robusto a nucha usque ad anum eodem fere ambitu, squamis magnis laxè adjacentibus, oblonge rhomboidalibus, pone rotundatis, laevissimis, 27 in quavis serie obliqua dorsi medii, serièbus binis (scutis abdominalibus approximatis) reliquis majoribus, scutellis abdominalibus subangustis circiter 216, scutellis subcaudalibus serie dupplici alternante collocatis circiter 61, cauda in apicem obtusiusculam sese attenuante; supra colore leonino fulvo, infra flavescente, linea haud interrupta castanea in utroque dorsi latere a nucha usque ad caudae apicem protracta.

SYNONYMIA. Nulla.

DESCRIPTION.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, versus apicem conico-acuminatum, mediocre, oris apertura a mento usque ad angulum recta, rictus ruber, lingua tenuis bifida, nigra, oculi laterales, majusculi, non prominentes, pupilla mediocris, rotunda, nares laterales, parvae a scuto frontali anteriori et a scuto nasali anteriori et posteriori cinctae, labium superius inferiori multo longius; scuta: scutum rostrale trigonum maxime prominens, subtus medio profunde sulcatum, scuta frontalia anteriora mediocria subpentagona, scuta frontalia posteriora magna, irregulariter quadrata, scutum vertebrale campaniliforme, basi lata, recta, scuta occipitalia magna, oblonga, margine externo curvato, irregulariter pentagona, pone ea squamae dorsales ceteris homogeneae, scutum temporale mediocre, subrotundatum, pone idem squamae ceteris majores, scutum loreum oblongo quadratum, scutum oculare anterius mediocre subquadrangulum, scutorum ocularium posteriorum bina, quorum inferius majus oblongo rotundatum, superius minus subrotundum, scutum superciliare mediocre oblongo-rotundatum, scuta marginalia labii superioris in exemplaribus nostris) octona, quorum quartum et quintum inferiorem orbitae marginem format, primum rostro approximatum, parvum trigonum, alterum usque ad quintum subquadratum, sextum majus, angulum rectum postice linea curva clausum formans, septimum maximum subpentagonum, octavum mediocre, squamiforme, scutum labiale medium parvum, trigonum, scuta labialia accessoria tenua, lanciformia, scutorum nonorum marginalium labii inferioris primum minimum, sicut alterum et tertium subquadratum, quartum et quintum maximum, quintum postice rotundatum, sextum usque ad nonum mediocria squamiformia. Truncus longus, robustus, cylindricus, ab occipite usque ad anum parum sese attenuans, dein usque ad caudae apicem sensim sensimque acuminatus, undique rotundatus; squamae magnae laxè adjacentes, oblonge rhomboidales, pone rotundatae, laevissimae; series binae scutellis abdominalibus approximatae ceteris majores, squamae versus caudae apicem hexagonae, scutella abdominalia numero 216 subangusta, oblonge-hexagona, paria dua ultima medio divisa, scutella subcaudalia numero 61 priora oblonga, posteriora regulariter hexagona in serie dupplici alternante disposita, cauda brevis, octantalis, sensim sensimque abtuso acuminata.*

*) Figura haecce, quam clarissimus praemature morte deraptus autor jam in lapide depictam reliquit, in hoc tantum puncto, a descriptione quam mihi pridem ex exemplaribus nonnullis desumsi, discrepat, novem scuta marg. labii superioris repraesentans.

Color. Partes omnes superiores leonino-fulvae, inferiores flavescens, paulisper in viride vergentes, a quovis nuchae latere linea castanea ad vertebrarum latus usque ad caudae apicem protracta excurrit, ad angulum oris parva stria castanea, saepius pone hancem striam aliae parvae maculae castaneae irregulariter collocatae.


Proportio corporis partium e mensura. Longitudo totalis a rostri apice usque ad caudae finem 4', caudae solius 7'', capitis 1'' 6''', ambitus trunci medii 1'' 4''', oculorum distantia a rostri apice 5½'', labium superius prominet inferius 3''.

Habitatio et vitae ratio. Hispaniam neque non Galliam meridionalem confinem incolit, observationes accuratiores desunt.

OBSERVATIONES. *Primus dominus praecl. Dr. Walzl ophidium huncce amoenissimum ex itinere suo hispanico retulit. Prostant exemplaria in collectione mea et domini praecl. Dr. Agassiz, porro in museis Vindobonae, Lugduni Batavorum et Turici.*

Dr. M.

1900
1901
1902



PTERYNOPS GEOFFROYANA.

PHRYNOPS GEOFFROANA.

G E O F F R O Y ' S K R Ö T E N K O P F .

T A B. XXVI.

Character essentialis. *Supra plus minusve obscure olivacea, obscurius submaculata, subtus flavida; testa obovata margine anteriore et laterali integra, hoc replicata, illo planiuscula, margine posteriore planiusculo-devexa quadri-sinuata supra spinam subplana scutellis subcarinatis; sterno apice postico quadridentato, antico truncato-rotundato, integro; collo capiteque supra olivaceis, subtus pallidioribus.*

SYNONYMIA. *Emys Geoffroana* SCHWEIGGER Koenigsb. Archiv für Naturwiss. B. I. 1812. p. 302. 350. *Emys viridis* SPIX Testud. Brasil. p. 2. f. 4. t. 3. f. 1. (TESTA A LATERE SUPERIORI ET INFERIORI) *Phrynops Geoffroana* WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. p. 135. Tab. V. Fig. 48 — 51.

D E S C R I P T I O .

Corporis forma universalis. Caput bufonium, obtuse ovatum, a collo latitudine indistinctum, admodum depressum, planum, lateribus rotundatum, duplo latius quam altum; rostrum obtusissimum, supra apicem mandibulae paullo productum; mentum planum, latum, angulo arcuato, papillis cutaneis duabus pendulis obsitum; gnathotheca cornea, humilis, lateribus convexa, laevissima, tomis rectissimis, integerrimis, acutissimis maxillae introrsum flexis, tomia mandibulae includentibus; mandibula humillima; oris cavum latum; rhinarium rotundatum, prominulum, naribus anticis transversali-linearibus; oculi subobliqui, mediocres, rhinarium inter et oris angulum siti; aures cute communi obtectae; collum elongatum, crassiusculum, depressum, lateraliter sub testae marginem recondendum, sicut caput corio prorsus nudo, impresso-vibicoso indutum.

Testa Obovata, humilis, latiuscula, supra lateribus devexa, supra spinam dorsi planiuscula, margine anteriore et laterali acutiusculo integra, hoc replicata, illo planiuscula, margine posteriore planiusculo-devexo, subreplicato quadrisinuata, pars testae, regio supra cervicem et caudae originem convexo-compressiuscula; scutella disci tredecim, i. e. vertebralia quinque, lateralia utrinque quatuor, omnia glabra; scutella vertebralia lateralibus plus quam duplo angustiora; scutum vertebrale primum omnium maximum, permagnum, applanatum, medio longitudinaliter subgibbum, octogonum, in margine antico dilatatum, hexagonum, lateribus subarcuatum, in margine postico attenuato arcuato-emarginato, scuta vertebralia duo, sequentia oblongo-quadrangula, margine subundulata, plana, longitudinaliter in medio carina obsoleta notata, horum posterius anteriori longius; scutellum vertebrale quartum omnium minimum lyriforme, antice ex utroque angulo in acumen angustum (in specimine alio minus extensum) excurrens, pone recto-truncatum, angustatum; scutellum vertebrale ultimum subseptangulum, margine postico anguloso-undulato dilatatum, antico angustato recto-truncatum, lateribus obliquum, medio compresso convexum; scutellum laterale utrinque primum scutellorum lateralium latissimum, pentagonum margine anteriore interno oblique truncatum, secundum et quartum quadrangula, angustiuscula, alta, ultimum nunc descriptis, latius, brevius, subquadrangulum, margine inferiore anguloso-undulatum; bracteae marginales viginti quinque; bractea prima, media angusta, sublinearis, oblongo-quadrangularis, prima sequens utrinque quadrangula, secunda pentagona, margine interno acuminato, omnes reliquae quadrangulae, margo quartae, quintae, sextae, septimae reflexus, octavae, nonae, decimae, undecimae subconcavo-deflexus, duodecima latere interno convexa; bractea nona et decima bractearum marginalium omnium maximae,

decimae angulus posterior externus distincte prostans; sternum cum thorace per symphysin latiusculam, super convexiusculam connexum, longum, latiusculum, planum impressionibus reticularibus in scutellis asperulum, lobo antico margine truncato-rotundatum, postico subangustato utrinque ad latus ante apicem angulo proëminente, margine externo subreflexo, auctum, apice profunde sinuatum, unde bispinosum, scutellis tredecim tectum; scutellum anterius medium magnum, distincte cordatum, antice subtruncato-rotundatum, scutellum sequens utrinque primum, nunc descripto minus, triangulum, obliquum, intus angustatum, margine antico arcuatum, secundum omnium scutellorum sterni maximum quadrangulum, margine anteriore obliquo, tertium secundo vix dimidio angustius quadrangulum, extus paullo dilatatum, quartum quadrangulum, quintum quartae forma, sed longius et margine postico obliquum, cum angulo externo postico in acumen liberum desinens, ultimum utrinque distincte rhomboïdale; junctura sterni scutellis duobus quadrangularibus tectum.

Pedes modice longi, robusti, depressi, scutellis corneis, non contiguis, longitudinaliter dispositis, angulosis obsiti; margo posterior antipedum limbo cutaneo, margine integro, superius scutis corneis, tenuibus tecto fimbriatus; digiti membrana lata, laxa, margine integra infra unguium basin extensa, palmati, omnes, excepto digito podariorum externo, unguiculati, ungues validi, longi, acutissimi, subarcuati; cauda conica, testae marginem paullo transcendens, mutica.

Color. Caput, collum, pedes et truncus supra plus minusve obscure olivacea; testa maculis, plerumque linearibus, praesertim supra marginem, obscurioribus, fuscis variegata; collum et pedes subtus dilutiora; testae latus inferius, jugulum et sternum flava, hoc nigrescenti-variolosum; stria linearis nigrescens ex oculi cantho postico versus colli latera ducta; irides...? ungues corneo-fusci.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo testae supra spinam dorsi 9'', sterni 7½'', latitudo testae supra medium sterni 6½'', supra medium scuti vertebralis penultimi 7¼'', sterni supra medium scuti secundi 3¾'', supra medium scuti penultimi 3''. — Sunt specimina maiora.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Brasilia ad flumen Amazonum.

OBSERVATIONES. *Vidi et descripsi duo specimina effarcta, quorum unum, a cel. SCHWEIGGER l. c. descriptum, Museum Parisiense, alterum, optime conservatum, Museum Berolinense possidet. Ex hoc iconem praestantem amicissimus Dr. et Prof. WIEGMANN mecum communicavit. — Testa cum sterno, supra emessa, adest in Museo Monacensi. — Longitudo testae speciminis in Museo Parisiensi 1' 2½''. Eiusdem descriptio, a cel. SCHWEIGGER exarata, satis accurata.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



ELAPHE PARREYSSII Fitzing

Tab. XXVII.

ELAPHE PARREYSSII FITZING.

PARREYSS'S ELAPHE.

T A B. XXVII.

Character essentialis. Notaeo fuscescenti-flavo, maculis fuscis, rotundatis, plerumque geminatis, longitudinaliter dispositis, variegato; vitta pone oculos oblonga, maculis nuchae duabus oblongis et pileo obscure fuscis, hoc obscurius fasciato; gastraeo flavescente utrinque serie duplici longitudinali macularum parvarum fuscescentium. Scut. abd. 220, scutel. subcaud. 63.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, oblongo-ovatum, supra planum, versus labia subrotundato-declive, rostro longulo obtuso, rotundato, lateribus ante oculos excavatis, labiis convexiusculis, maxillae superioris prominentibus; oris angulus versus occiput ascendens; rictus amplissimus; nares laterales, majusculae, in marginis interni apice scuti nasalis anterioris sitae; oculi laterales, congrui, medii, ovato-rotundati, vix conspicue versus rostrum deorsum inclinati; pupilla parvula, rotunda; lingua valde extensilis, bifida, nigra; dentes in maxillis et palato, solidi, aequales, parvi, acuti, recurvi, fuscis; scuta: scutum rostrale magnum, medio convexum, infra emarginato-excavatum, versus scuta frontalia anteriora subtriangulum-terminatum; scuta pilei novem: frontalia anteriora mediocria, subpentagono-quadrangula, latere externo subrotundato; frontalia posteriora anterioribus ultra dimidium majora, irregulariter quadrangula, antice latiora, postice angustiora; scutum verticale mediocre, scutis superciliaribus ultra dimidium majus, oblongum, quinquangulum, campanuliforme, pone trigono-terminatum, lateribus subtiliter sinuatum; scuta superciliaria mediocria, irregulariter quinquangula, antice attenuato-acuminata, postice latiuscula, declive truncata, margine externo supra oculos paullo pro-siliente; scuta occipitalia majuscula, irregulariter sexangula, pone truncato-rotundata, margine externo sinuato; scuta nasalia duo, anterius majusculum, oblique rhombeum, postice naribus medio sub-emarginatum, posterius anteriori magnitudine aequale, quadrangulum, supra infraque truncatum, lateribus emarginatis; scutum loreum hexagonum, angulis externis rotundatis; scuta ocularia anteriora tria, superius mediocre, in verticem ascendens, irregulariter quinquangulum, valde excavatum, inferiora minima, anterius quinquangulum, posterius sexangulum; scuta ocularia posteriora duo, parva, superius inferiore duplo majus, irregulariter pentagonum, inferius longius quam altum, rhombeum; scuta temporalia quinque, anteriora tria, minima, squamaeformia, posteriora duo, parvula, oblonga; scuta marginalia labii superioris novem: sex anteriora versus oculos introrsum flexa, primum quadrangulum, angulo interno acutissimo, secundum, tertium et quartum magnitudine fere aequalia, quadrangula, minora, quintum et sextum quinquangula, majora, subocularia, septimum anterioribus duplo majus, quadrangulum, octavum irregulariter sexangulum, maximum, nonum antecedenti paullo minus, quadrangulum, supra angustius, infra latius; scutum labiale trigonum; scuta labialia accessoria rhombea; scuta marginalia labii inferioris decem: primum parvum, quadrangulum, secundum et tertium majora, irregulariter quadrangula, quartum longissimum, quadrangulum, quintum irregulariter quinquangulum, sequentia quatuor minora, irregulariter quadrangula, decimum antecedentibus conforme, minimum; scuta mentalia anteriora magna, posterioribus longiora atque latiora, sexangula; scuta mentalia posteriora angustiora, distantia; squamae gulares permultae, oblongae; scuta gularia nulla. Truncus incrassatus, subtoroso-gracilis, elongatus, fusiformis; collo occipite paullo magis tenui; dorso rotundato; abdomine subangulato-arcuato; depressiusculo, scutis 220. integribus tuto; superius squamis aequalibus, per 24. series longitudinales in dimidia corporis

parte, versus caudam et caput per 20. series dispositis, obtectus; squamae lanceolato-rhombeae, dorsales laeviter carinatae, carinis in nuchalibus ac caudalibus squamis obsoletioribus, laterales series quatuor laeves. Anus transversalis, scuto anali diviso. Cauda subtereti-fusiformis, a trunco subdistincta, attenuata, acuta, longiuscula, $\frac{1}{6}$ fere totius longitudinis serviens, scutellis subcaudalibus 63. omnibus medio divisis.

Color. Caput pileo obscure-fusco, nigro irrorato, postice, in margine scutorum occipitalium, late ex nigro-brunneo limbato; fascia inter oculos per scuta frontalia posteriora transversa, arcuata, nigro-brunnea, alterave per scuta frontalia anteriora ad oculos ducta dilutiore, lateribus flavescentibus, scutis marginalibus labii superioris nigro marginatis, vitta verticalibus fasciis concolore pone oculos, versus oris angulum ducta, latiuscula. Nucha maculis duabus magnis, oblongis, ex nigro-brunneis, versus dorsum divergentibus, in utroque scuto occipitali incipientibus. Truncus supra ex fusciscente-flavus, maculis magnis, per duas series longitudinales alternatim dispositis atque interdum confluentibus, rotundis, ex brunneo-nigris, lineisque longitudinalibus fuscis, per medium singulae squamae seriatim decurrentibus. Latera dilutiora, utrinque serie macularum rotundarum, dorsalibus concolorum signata. Trunci pars inferior flavescens, maculis mediocribus, subtriangularibus, nigrescentibus, in angulis scutorum et dilutionibus adjacentibus rotundatis, per duas series longitudinales dispositis.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 1', 7'', 6''', caudae solius 5'', 1'', capitis 1'', 1''', ambitus capitis immediate pone nares 3''', pone oculos 5''', occipitis 6''', colli supremi 5''', trunci in medio 7''', prope anum 5''', caudae ad basin 4''', in medio 3''', in apice extimo 1''', oculi distant a rostri apice 4''''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat rarissima in Chersoneso taurica provinciisque Russiae meridionalis adjacentibus, locis desertis arenosis, fruticosis, velox, timida, muribus victitans.

OBSERVATIONES. *Dixi hanc speciem in memoriam celeberrimi Entomologi, amicissimi Domini Ludovici Parreyfs, qui specimen unicum, prope Nicolajew captum, ex itinere per Tauriam anno 1829 suscepto, attulit et vivum exemplar Museo Caes. Regio Vindobonensi libenter communicavit, in cujus vivario per duas menses conservabatur. In spiritu vini conditum parum pallescit.*

L. J. Fitzinger.

Genus „Elaphe“ a cel. FITZINGER recens creatum mihi autopsia haud notum, Generi „Coelopeltis“ postponi debet.

W.

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]



LADPIHURA AMBODIENSIS (S.)

LOPHURA AMBOINENSIS GRAY.

HIEROGLYPHISCHER FLOSSENSCHWANZ.

T A B. XXVIII.

Character essentialis. Lateribus corporis squamulis parvis oblongis tectis, pedibus anterioribus et posterioribus squamis majoribus ovaliter acuminatis. Cauda corpore fere triplo longiori, supra alte cristata, figuris hieroglyphicis picta.

SYNONYMIA. *Lacerta amboinensis*, SCHLOSSER Epistola de lacerta amboinensi. Amst. 1768. (Descriptio satis accurata et figura bene colorata). — *Lacerta cristata*, Bonnaterre Encyclop. XXXIII. Livr. p. 41. pl. 5. fig. 2 (Copia). SHAW Gen. Zool tab. 62 (Copia). Lacep. tom. I. p. 347. — *Lacerta javanica*, HORNSTEDT Nov. Act. Stockh. tom. VI. fig. 1 mas et fig. 2 fem. (figurae malae). Deutsche Uebersetzung von Küffner p. 130. tab. V. fig. 1. 2. — *Basiliscus amboinensis*, DAUD. tom. III. p. 552. MERREM. S. A. p. 46. — *Hydrosaurus amboinensis*, KAUP. Isis XXI. B. Heft XI. p. 1147. — *Lophura amboinensis*, GRAY Phil. Magaz. and Annals of Philos. 1827. p. 54. GRIFFITH. Anim. Kingsd. tom. IX. synopsis. — *Istiurus amboinensis* Cuv. Règne anim. II. ed. Deutsche Uebers. p. 60.

DESCRIPTION.

Corporis forma universalis. Caput breve, obtusum, pyramidale, rostro plano, fere quadrangulo, collum breve, corpus cristam versus compressiusculum, pedes anteriores et posteriores modice robusti, graciles. Partem tertiam anteriorem caudae crista radiis 14 — 17 munita, supra dentata, antice humilis, pone alta, subito curve descendens obtegit. Cetera pars caudae lateraliter compressa, serra medio sulcata, elevata ornatur. Digni pedum anteriorum inter se fere aequales, digne pedum posteriorum inaequales. Ungues omnes acie inferiori bis excisi. —

Squamae capitis omnes rugosae, acuminatae, in vertice scutellum parvulum. Squamae corporis omnes parvae, oblongo quadratae. Cristae humilis sed profunde serratae, collum et crucem obtegentis, squamae obtusae. Squamae pedum ovaliter acuminatae, laeves. Squamae cristae caudalis, partem superiorem, posteriorem versus acute carinatae, supremae serram formantes. Ceterae caudae squamae sexangulae, carinis acutis in series longitudinales collocatis.

Color. Color principalis olivaceus et fuscus. Capitis vertex striis transversis subtilibus, cetera capitis pars pedesque maculis parvis nigro fuscis, latera corporis cristaque caudae figuris hieroglyphicis ornantur. Cetera cauda fasciis obscuris signatur. Crista dorsi viridi flavescens, unguis flavescens.

Habitatio et vitae ratio. Vivit in Java atque Amboina, Valentino auctore (Descr. Indiae orient.) in aquis degit, quod vero Eschholzius, qui Lophuram pustulatam vivam observavit, valde dubitat, alteram Valentini notitiam, Lophuram bene arbores ascendere, Eschholzius affirmat. Cuvier in stomacho insecta foliaque reperiit.

OBSERVATIONES. *Cel. Cuvier nomen Lophuram in Istiurum mutavit, quippe nomen Lophura nomini Lophyro similis sonat. Equidem in Iside demonstravi, nomen Lophyrum jam pridem a Poli testaceis quibusdam, a Latreille piezatis et a Vicillot avibus quibusdam tributum fuisse neque iterum amphibio*


ullo dari posse, nomen „Lophura“, quod cel. Gray Saurio huicce contribuit, mihi hisce rationibus haud inidoneum videtur, nomen genericum Cuvieri „Lophyrus“ (agama gigantea) vero iisdem rationibus ductus in *Goniocephalum* mutavi.

Generi *Lophurae* Gray plures species adnumerat, e. g. *Physignathum cochinchinense* pluresque novas ut *Lophuram Cuvieri* e Cochinchina, *Lophuram Lessueuri* e Paramatta. *Istiurus pustulatus*, Eschholz, zool. Atlas tab. 7. poris femoralibus caret, cristaque characteristicam in naso ornatur. Valde similis ille Saurius est, qui in museo Lugdunensi numerose conservatur, ex quo etiam notitias in observationibus de Merremii Systemate (*Isis* 1825. Heft 5) desumsi. Saurius ille dentes quinque in osse intermaxillari habet, cristaque caudali in prima juventute caret.

Si comparatio horum duorum sauriorum cum typo generis *Lophurae* alias quoque differentias ostenderet, nomen *Istiurus* hisce duobus tribui posset.

Dr. Kaup.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



THELONIA VIRGATA Dumer.

CHELONIA VIRGATA DUMER.

STRAHLENSCHUPPIGE SEESCHILDKRÖTE.

T A B. XXIX.

Character essentialis. Testa (animalis adulti) suborbiculari sive (animalis junioris) cordato-ovata; margine dentata, castanea supra, scutis fulvo- ac nigro-radiatis, subtus flava.

SYNONYMIA. Caretta, or Sea-Tortoise BRUCE Voy. V. p. 215 (cum fig. animalis adulti a latere superiore). Testudo semimembranacea HERRM. Observ. Zool. ed. HAMMER p. 219. (Descriptio animalis junioris). Testudo Caretta β DAUD. Rept. II. p. 48. Chelonia virgata DUMER. in Mus. Paris. SCHWEIGG. Königsb. Arch. für Naturw. 1812. p. 291, 411.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, cordato-ovatum, ante et prope oculos admodum compressum, supra frontem angustum oculosque convexiusculum, hinc inde ad nares declive, ad tempora planum, occipite latius quam altum; nares supra marginem V-formem gnathothecae sitae, angustiusculae, verticali-oblongae, mediocres, mesorbinio latiusculo, subconvexo; maxilla superior inferiorem pyxidum instar includens, tomiis rectis, integris, acutis ante apicem obsolete sinuatis, dextro compresso-convexiusculo; angulus mentalis latus, distincte biangulosus, gonyde lata, ascendente, convexa, in unicum desinente, lateribus plana, tomiis acuta, integra; oculi maiusculi, palpebrarum apertura admodum obliqua, palpebris latis squamoso-rugosis cincti; palpebra superior inferiore multo latior; aures scuto magno tectae, unde extus, nisi in speciminibus siccis (hic in forma foveolae), nullo modo conspicuae; collum breve, nudum, supra solum impressionibus, squamulas quasi efficientibus acutum, subtus obsolete verruculosum. Testa (animalis junioris) cordato-ovata, longitudinaliter in medio alte convexo-carinata, lateribus admodum declivibus, margine anteriore supra collum recto, supra brachia lineam obliquam, integram formante, glabro, hinc inde ad caudam horizontaliter prostante et ad scutorum angulum posteriorem externam emergentem dentato; scutella disci sexdecim, vertebralia sex, lateralia utrinque quinque; scutella omnia cornea, contigua, glaberrima, juxta suturam obsolete lineari-exaratis; vertebralia, excepto scutello primo brevissimo sed latissimo, pone recto in utroque vero latere trigono-truncato, medio alta carina, pone in acumen altum distinctum subtrigonum excurrente aucta, magnitudine inaequalia; scutellum vertebrale secundum latius quam longum, hexagonum sequentium minimum, tertio fere latius, tertiam nonnihil longius quam latum, praeterea regulariter hexagonum, quarto multo angustius; quartum maximum, hexagonum, pone medietatem suam admodum dilatatum; quintum pentagonum, omnium, quoad partem suam posteriorem, latissimum, cum carinae acumine humili, obtusato; sextum campaniforme, quinto multo angustius, cum carina prima medietate angusta, acuta, altera lata, rotundata, recta; scutellum laterale primum reliquorum minimum, parvum, circuli partem circiter quartam formans, margine externo subangulosum; secundum aequali latitudine, altissimum, margine superiore trigono, margine anteriore laterali inferiore arcuato, tertium secundo latius, quarti latitudine et forma, hoc tamen altius ac margine superiore trigono minus acuminatum, margine inferiore leviter arcuatum, lateribus, sicut secundum, rectissimum; quintum quarto media parte minus, subrhombeum; bractee marginales viginti sex, prima trigona, tertia et penultima pentagona, reliquae quadrangulares, subrhombeae; sexta, septima et octava omnium latissimae; bractea utrinque ultima fere pentagona, pone acuminata; sternum cum thorace per synchondrosin conjunctum annulus oblongo-ovatus, angustus, utrinque e medio duo ossa, oblique ascendentia, cum thorace se jungentia, apice dilatata, recta, interstitium latum, quadrangulare inter se relinquentia, emittens, medio tegmine cartilagineo expletus; scutella disci duodecim, laevissima; duo

prima, omnium minima, trigona, margine anteriore arcuato, sequentia duo, antecedentibus tertia parte maiora quadrangularia, tertia lata, subpentagona, quarta, omnium maxima, multo latiora quam alta, tetragona, quinta, tertiis parum minora, quadrangularia, latere externo ad pedes sinuata, sexta oblongo-trigona, margine externo subarcuato, subparva; supra juncturam sterni cum thorace scutella utrinque quatuor tetragona, quorum ultimum latere inferiore angustatum; caput supra et ad latera scutellis corneis polygonis, supra frontem convexiusculis, vertex scuto maximo, plano polygono, pone recto-truncato tectum; scuta superciliaria utrinque tria, polygona, ultimum omnium maximum, magnum cum margine externo crasso, rotundato, glaberrimo supra angulum oculorum posteriorem multo prostans; scuta pilei septemdecim, temporum duodecim; maxillae inferioris latera scutellata; pedes pinniformes, toto scutellati, anteriores posterioribus apice rotundatis duplo longiores, supra et infra digitos et margine postico antibrachii scutis magnis, planis, latere superiore ac inferiore scutellis minoribus, polygonis, planis tecti; pollex et digitus index pedum tam anticorum quam posteriorum unguiculati; unguis depresso-trigonus, validus, nonnihil introrsum flexus; cauda brevissima, depresso-conica, scutellis planis aucta; anus fere infra caudae apicem.

Animal adultum. Testa suborbiculari.

Color. Capitis, colli, pedum caudae ac totius testae pars superior castaneo-fusca, testa in rubrum nonnihil vergens, scutis margine nigro- ac fulvo-radiatis; corporis pars tota inferior laete vitellino flava; irides obscurae(?); ungues corneo-fusci margine pallido.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo (speciminis junioris) a rostri apice ad caudae finem 1', 5'', capitis solius 2 $\frac{3}{4}$ '', caudae 8''', colli 2'', antibrachii 3 $\frac{1}{4}$ '', palmae 2 $\frac{3}{4}$ '', tibiae 1 $\frac{3}{4}$ '', plantae 1 $\frac{3}{4}$ '', thoracis 9 $\frac{3}{4}$ '', sterni 7'', 7''', ambitus occipitis 6 $\frac{1}{2}$ '', testae immediate pone antipedes 18'', in medio 16 $\frac{3}{4}$ '', ante femora 16 $\frac{1}{4}$ '''; altitudo testae in medio 4'', 8'''; eiusdem latitudo in medio 8'', sterni 7'''; oculi distant a naribus 5''', ab auribus 7'''; latitudo capitis supra oculos 1'', 8''', pone nares 8 $\frac{1}{4}$ '''.


Habitatio et vitae ratio. Habitat sub zona torrida; vidi specimina in mare littora Brasiliae et Hispaniae alluente, capta; specimen maximum, 3', 7'' longum, ex mare rubro descripsit cl. Bruce; caro saporis ingrati.

OBSERVATIONES. *Speciem hanc habet Museum Parisiense ac Vienense; duo specimina possidet amicus Dr. Agassiz, qui maioris picturam ad delineandum in lapidem mecum communicavit. — A simili Chelonia Caounna differt animal junius scutellorum dorsi pictura ac crassitie fortiore, aetate provecius praeter dorsi picturam testa sua suborbiculari.*


MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



I



II



III

U CYCSTERNION HERZTUM.

Tab. XXX.

CINOSTERNON HIRTIPES.

R A U H F Ü S S I G E K L A P P E N B R U S T.

T A B. XXX. Fig. 1, 2, 3.

Character essentialis. Testa ovata, glabra, convexa, supra spinam planiuscula pone pelvin compresso-elevata, olivacea; sterno oblongo-ovali fusco- et flavido-varioloso; cauda tota collo pedibusque supra cinerascanti-olivaceis; mento bicirrhoso flavido; tibiis femoribusque latere postico scutello ovato echinato auctis; pileo et rhamphotheca variegatis.

SYNONYMIA. *Cinosternon hirtipes* WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. Tab. V. Fig. 29. 30.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput depressiusculo-ovatum, ad tempora convexum, ante oculos attenuato-compressiusculum supra cute communi glaberrima tectum; rostrum supra maxillae apicem multo productum, anterius deorsum et introrsum truncatum, rotundato-compressum; maxilla mandibulam pyxidum instar includens, tomis utrinque ad latus apicis integri profunde uni-sinuata; gnathotheca maxillae in paratonis convexiusculo-plana, mandibulae paullo convexior; maxilla gonyde lata, perquam ascendente, convexa, glaberrima, in apicem simplicem, ore clauso foveam ossis intermaxillaris intrans terminata; tomia mandibulae versus eius apicem arcuato-ascendentes, integerrima angulus mentalis trigono-rotundatus, papillis duabus pendulis, teretibus auctum; rhinarium in apice extimo rostri, subcirculare, convexo-prominulum, naribus rotundis, mediocribus, simplicibus; oculi modice magni, subobliqui in angulo rhinothecae, naso quam auribus propius siti; palpebrae superioris rudimentum uniplicatum in orbitae angulo anteriore oblique expansum; palpebra inferior magis angulum orbitae posteriorem inferiorem occupans completa oculum totum in linea obliqua obtegens; pupilla rotunda(?); aures cute communi obtectae supra et pone oris angulum sitae; collum cum capite sub testam retractile modice longum, validum, cute laxa induta, rugis linearibus, subtilibus notata, glabra, attamen supra verrucis erectis, conicis, parvis, per lineas circiter 9 longitudinales (quarum duae intermediae et extimae reliquis minus distinctae), dispositae.

Testa ovata, postice parum angustior quam antice, convexa, supra humeros applanato-depressiuscula supra pelvin convexior, et paullo pone hanc elevato-compressa; margo ad latera testae angustissimus et huius fine postica recto descendens, reliqua testae parte oblique prominulus, angustus; scutella disci integerrima, glabra, tredecim, i. e. vertebralia quinque, lateralia utrinque quatuor; illa his multo minora; scutum vertebrale primum calyciforme, sub sequente multo angustius; hoc margine anteriore arcuatum, utrinque in medio laterum in angulum acutum excurrens, pone recto-truncatum, unde biangulosum; scuta duo sequentia forma nunc descripti sed margine anteriore recto-truncata horum posterius apicis postici medio compresso-gibbum; scutum vertebrale ultimum, quintum, distincte quadrangulare, parte postica dilatatum medio carinata compressum, tertium scutorum vertebraliū latissimum; scutellum laterale utrinque primum, subrhomboidale; secundum et tertium nunc descripto angustiora pentagona, multo altiora quam lata, supra subacuminata, ambo magnitudine aequali; scutellum quartum, ultimum utrinque, pentagona, angulo postico inferiore oblique truncato; bractee marginales viginti tres, subnodoso-planae, integrae; prima harum minima, infra testae marginem solummodo conspicua; sequens utrinque trigona, omnes reliquae oblongo-quadrangulae, exclusa utrinque bractea penultima, omnium altissima, quadrangula-triangula, margine superiore oblique ad angulum posticum inferiorem scutelli disci

lateralis ultimi sursum ducto; bracteae ultimae praeter nunc descriptam altissimae; sternum cum thorace per symphysin intime utrinque conjunctum oblongo-ovale, thorace brevius, planum, margine integrum, lobo anteriore et posteriore mobile, scutellis undecim tectum, in medio marginalis apicalis lobi postici parum emarginatum; scutellum anterius medium parvum trigonum, margine anteriore rotundatum, sequens utrinque ad latera subrhomboidale, secundum quadrangulare, latere externo dilatatum; pone hoc lobus sterni cum huius parte intermedia ligamentis mobiliter connexus; scutellum utrinque inter medium, i. e. laterale tertium quadrangulare, parte anteriore quam postica latius, scutellorum sterni omnium maximum, pone cum lobo sterni postico aequo modo ut cum eius anteriore connexus; scutellum quartum quadrangulare, latere interno coarctatum, sextum, i. e. ultimum trigonum, margine externo rotundatum; junctura sterni cum thorace longula, scutello subelliptica oblecta.

Pedes modice longi, robusti, depressi, maxima ex parte cute nuda, glabra, parum rugulosa tecti; squamae corneae quatuor lineari-arcuatae, margine liberae supra manicularum basin, versus huius latus internum, tales quinque fortiores, magis prominentes, infra marginem asperulae supra podariorum calcem; limbus cutaneus, subsimbriatus margine externo antipedum; huius loco in antipedum margine externo compresso series papillarum brevium conicarum; papillae tales in pagina posteriore femorum per series longitudinales 4-5, eodem loco in antipedibus per series circiter 3 dispositae: clypeus ovatus in femorum parte posteriore inferiore et alter talis eodem loco in tibia, illi femorum oppositus, duriusculis, tota verrucis conicis, duriusculis echinatus: membrana natatoria inter digitos admodum lata et laxa, margine anteriore subsimbriata: plantae manicularum et podariorum verrucosae et rugulosae: digiti horum quatuor, illorum quinque unguiculati: digitus externus in podariis inermis: ungues validi, perquam arcuati, acutissimi, tereti-compressiusculi, tam in maniculis quam in podariis aequali fere magnitudine, unguis tamen digiti externi reliquis minor: cauda ad latus dextrum sub testae marginem flectenda, validissima, praesertim basi, conica, apice ungue valido conico-inflexo exstructa, subtus, medio longitudinaliter subimpressa, circa anum papillis conicis brevibus ac talibus supra per series longitudinales dispositis obsita, caeterum nuda, rugulosa: anus a caudae basi subremotus rotundus, ambitu rugoso.

Color. Caput totum olivaceum lituris marmoreis dilutioribus, rhamphotheca flavida maculis fusciscentibus variegata: cauda tota, collum et pedes supra cinerascens-olivacea, immaculata, subtus albido-flavida: testa tota olivacea: scutella singula maculis obscurioribus vix conspicuis nubilata: sternum flavidum, fusco-variolosum: ungues et unguis caudae obscure corneo-fusci: oculi . . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice ad caudae finem 8'', caudae 2'', 7''', capitis 1½'', colli 1½'', brachii 1½'', antibrachii 8''', femoris 1½'', tibiae 10''', thoracis (in linea recta) 4½'', sterni 3½'': ambitus occipitis 3'', 5''', testae immediate pone antipedes et in medio 8'', supra pelvin 7½'': latitudo sterni immediate pone antipedes 2½''', ante scelides 1'', 10''': oculi distant a rostri apice 4½''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Mexico.

OBSERVATIONES. *Specimen purissimae conservationis recentissime necatum in spiritu vini conditum, hic descriptum et depictum misit Mexico ad Museum Monacense dom. baro DE KARWINSKY. Post anni decursum colorum mutationem in hac testudine non observavi. — HERNANDEZ eam non habet.*

MCZ LIB. 944
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



PERIOPS HIPPOCREPIS.

PERIOPS HIPPOCREPIS.

H U F E I S E N F L E C K I G E S S C H I L D E R A U G.

T A B. XXXI.

Character essentialis. Notae nigro catena e lineis albo-flavidis regulari supra spinam dorsi et caudae extensa ornato, utrinque ad latera cum lineis concoloribus, figuras rhombicas formantibus cohaerente; gastraeo albido-flavido utrinque ad latus maculis angulosis atris notato; occipite fascia atra obsito formam ferri aequini aemulante, ab altera frontis fasciola albida diremta; temporibus, cervicis collique lateribus aurantiacis. Scut. abd. 232 — 235, scutel. subcaud. 79 — 82.

SYNONYMIA. Coluber hippocrepis LINN. Mus. Ad. Fr. 1. p. 16. f. 2. GMEL. LINN. Syst. Nat. T. 3. p. 1117. LACÉP. Hist. nat. des serp. II. p. 117. Uebers. v. Bechstein 4. p. 120. t. 15. f. 1. (fig. LINN.) LATR. Hist. nat. des rept. IV. p. 130. DAUD. Hist. nat. des rept. VI. p. 249. MERR. Nat. Syst. Amph. p. 105. n. 50. *) Natrix hippocrepis LAUR. Rept. p. 77. — Couleuvre... GEOFFR. Descript. de l'Égypte tab. 4. f. 3. Natrix bahiensis WAGL. et SPIX. Serp. Brasil. t. 10. f. 2 (icon. e pullo, decolorato).

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, oblongo-ovatum, depressum, ad latera oculorum et in pileo planum; rostrum longulum, latiusculum, obtusum, subdepressum, lateribus planum, cantho subdistincto; maxilla quam mandibula paullo longior; oris rictus rectus, versus angulum subadscendens; nares immediate infra canthum rostralem in margine scutellorum duorum sitae, maiusculae, rotundatae, simplices; oculi maiusculi subcirculares, subdetrusi, pupilla circulari; scuta capitis; scutum rostrale latum trigono-rotundatum, parum convexum; scuta frontalia anteriora duo posterioribus parum minora, magna, obsolete pentagona, pone oblique truncata, posteriora duo distinctius pentagona, latiora quam longa, cum latere externo supra canthum rostralem deflexa; scutum verticale mediocre distincte campaniforme, planum; scuta superciliaria anguloso-ovata, antice angustata, supra convexiuscula; scuta occipitalia duo mediocria, pentagona, antice dilatata, postice in apice recto-truncata, supra plana; scuta temporalia nulla, horum loco squamae laevissimae polygonae; scuta nasalia tria, anterius, omnium maximum, quadrangulum, posterius pentagonum; maiusculum, tertium infra nares situm, minimum, rhombeum; scutum loreum unicum, masculum, quadrangulum; oculus scutellis septem cinctus, excluso scuto superciliari; scutella duo anteriora, horum maxima et tria inferiora (horum ultimum praecedentibus duobus multo maius) quinquangula, posteriora duo angustissima, subquadrangula; scuta marginalia labii superioris utrinque novem, anteriora sex parva, quadrangula, septimum et octavum maxima, hoc quadrangulum, illud pentagonum, ultimum trigonum, postice acuminatum; scuta marginalia labii inferioris novem, anteriora quatuor coarctata, quintum et sextum omnium maxima, magna, hoc penta-, illud tetragonum, reliqua magnitudine sensim decrescentia; quadrangula; scutum labiale parvum trigonum; scutorum labialium paria duo, horum anteriora oblongo-rhomboida, posteriora anterioribus multo longiora et angustiora; squamae gulares planae, strictae, oblongo-sexangulae; dentes maxillares utrinque quatuordecim, reclinati, posteriores sensim maiores, omnes solidi, palatini his conformes, minores, multo numerosiores, primores nulli, mandibulares utrinque quindecim (?) reclinati, posteriores sensim minorem

*) Coluber domesticus LINNAEI a MERREMIO cum Per. hippocr. auctus, nobis e Graecia missus, differt toto coelo et spectat genus peculiare.

attamen quoque 3--4 anteriores subsequentibus minores; truncus longissimus, gracilior, teres, gastraeo planiusculo subbianguloso; scuta abdominalia lata, brevia, margine posteriore rectissimo; squamae notaei numerosissimae, parvae, laeves, longae, subellipticae, laterales sensim maiores, imbricatae; cauda mediocris, teres supra squamis hexagonis, planiuscula subtus, scutellis per duplicem seriem sexangulis tecta, sensim in acumen desinens. Scuta abdominalia 232--235 scutella subcaudalia unius seriei 79--82.

Color. (Animal adultum.) Notaeum totum atrum; catena e lineis albido-flavidis formata distinctissima, admodum regularis supra spinam dorsi et cauda, utrinque latere externo cum lineis concoloribus, figuras rhombeas formantibus, ad latera caudae indistinctis, cohaerens; macula nigra formam ferri equini aemulans in occipite, cum utroque apice infra oris angulum desinens, postice in medio in maculam supra cervicem ovatam magnam excurrens; macula gemina parva oblongo-ovata, medio nigra, in scutis occipitalibus; fascia nigra frontis inter oculos, a macula occipitali linea transversa albida (medio altera linea strictiore, pone oculum versus angulum oris excurrente nigra, dissecta) diremta; scuta nasalia nigra, albo-trifasciolata; maculae tres nigrae ad latera labiorum maxillae, haec ipsa sicut latera capitis, cervicis et colli aurantiaca; color ille aurantiacus post collum sensim pallidior; gastraeum flavido-album, utrinque ad latus maculis maiusculis angulosis nigris variegatum; cauda subtus flavido-albo et nigro variolosa scutum anale ad aurantium nonnihil inclinans; irides. . .?

Animal pullum et juvenile. Nuchae, occipitis collique latera albida, animalibus aetate provec-tioribus sensim in isabellinum vergentia; maculae dorsi nigrae olivaceo-brunnescentes, angustius nigro-marginatae; scutum anale et cauda subtus interdum aurantio-lavata.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice ad caudae finem 3', 4 $\frac{3}{4}$ "', caudae 6 $\frac{5}{8}$ "', capitis 1"', 3'''; oculi distant a rostri apice 4 $\frac{1}{2}$ "'.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Aegypto, Barbaria, Graecia, Sardinia, Hispania.

OBSERVATIONES. *Vidi specimina e locis supra indicatis. Specimen quod depingi curavi, nitidissimum, cel. Dr. RUD. WAGNER in Sardinia cepit et mecum communicavit. Color colli capitisque aurantiacus animale mortuo mox pallescit. Periops hippocrepis servatur in Museo Parisiensi, Berolinensi, Viennensi et Lugdunensi.*

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



COLLOPIETIS RHOMBICATA.

COELOPELTIS RHOMBEATA.

RAUTENFLECKIGE GRUBENSCHLANGE.

T A B. XXXII.

Character essentialis. Notaeo dilute olivaceo supra spinam dorsi taenia fusca, nigro-marginata, undulata, in cauda recta, ad latera utrinque serie macularum subrhomboidalium, fuscarum, nigro-marginatarum, versus caudam et in hac in taeniam confluentibus notato; pileo fusco; occipite fascia obscura circumdato; gastraeo albedo, maculis in scutorum margine posteriore nigrescentibus, pusillis variegato. Scut. abd. 164 — 170, scutel. subcaud. 65 — 70.

SYNONYMIA. SCHEUCHZ. Physic. Sacr. tab. 739, f. 1. SEBA Thes. I. t. 19. f. 7. II. t. 11. f. 3 t. 15. f. 2. t. 38. f. 1. Coluber rhombeatus LINN. Mus. Ad. Frid. p. 27. t. 24. f. 2. (Descriptio e specimine sine epidermide) GMEL. LINN. Syst. Nat. 1. 3. p. 1099. n. 227; (Figura citata 2 in SCHEUCHZERI tabula 746 spectat LINNAEI Colub. miliarem *) DAUBENT. Encycl. meth., LACÉP. Hist. nat. des serp. 1. p. 412. LATR. hist. nat. des rept. IV. p. 150. DAUD. hist. nat. des rept. VII. p. 119. MERR. SYST. d. Amph. p. 111. n. 72. — Coluber tigrinus LINN. GMEL. Syst. Nat. p. 1113 et reliquor. auctor. (SEBAE icon. II. t. 15. f. 2., qua col. tigr. innitur e specimine sine epidermide). — WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. p. 189.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput subdistinctum, fere aequae altum ac latum tetragonovatum, pileo plano, lateribus occipitis rotundatis; rostrum breviusculum, supra versus apicem subdeclive, altum, lateribus impressiusculum, acutiusculum, cantho subdistincto; oris rictus versus angulum posteriorem arcuato-subascendens; nares in margine scutellorum duorum sitae, laterales, mediocres, simplices rotundae; oculi laterales, mediocres, parum obliqui, subcirculares in medio capitis siti, pupilla circulari; lingua tota nigricans; scuta capitis: scutum rostrale pentagonum, apice postico acuto sursum et retro flexum, margine inferiore sinuato-impressum; scuta frontalia anteriora duo mediocria: subtriangula, postice dilatata, posteriora maiora pentagona; scutum verticale elongatum, medio impressiusculum, campaniforme, antice recto-truncatum; scuta occipitalia duo scuto verticali parum latiora, subtriangula, margine externo obliquo; scuta superciliaria longa, plana, scuto verticali parum breviora, postice recto-truncata, antico attenuata, margine externo supra oculos prosiliente; scuta nasalia duo mediocria, anterior rhomboïdale posterior pentagonum; scutum loreum unicum, quadrangulum, infra dilatatum; scutum oculare anterior infra attenuatum, supra dilatatum, margine superiore prosiliente, cum margine scuti superciliaris cohaerente; scuta ocularia posteriora duo, quadrangula, magnitudine aequali: scuta marginalia labii superioris utrinque octo, posteriora magnitudine sensim crescentia, primum minutum et sicut sequentia duo, obliquum, quadrangulum, quartum et quintum subquadrangulum, sextum quadrangulum infra dilatatum, septimum, omnium maximum, et octavum pentagonum: scuta marginalia labii inferioris utrinque decem, anteriora quinque coarctata, obliqua, horum primum omnium longissimum cum apice apicem huius scuti alterius attingens, sextum omnium maximum, magnum, pone acuminatum, scuta reliqua rhombea, posteriora magnitudine sensim decrescentia: scutum labiale parvum trigonum: scutorum mentalium paria duo: scuta oblonga, anteriora postice oblique truncata, angusta, posteriora anterioribus parum breviora postice subacuminata: scuta temporalia nulla; squamae duae maiores supra scutum labiale sextum et septimum maxillae: squamae gulares laevissimae, planae, mediocres, imbricatae: dentes

*) Vide Genus *Liophis* WAGL. Syst. d. Amph. p. 187.

primores nulli, maxillares utrinque duodecim retroversi, validi, posteriores sensim maiores, tres ultimi elongati, recti, retroversi, gingiva laxiore inclusi, sed non perforati, dentes mandibulares mediocres utrinque duodecim suberecti, posteriores magnitudine sensim decrescentes: palatini maxillarium forma, numerosi truncus elongatus, robustus, teres: squamae notaei totius lanceolatae, medio impressiusculae: unde subconcaevae, longae, imbricato-positae, penultimae et ultimae seriei subrhomboidales, planae: scuta abdominalia lata, glabra: cauda teres, sensim in acumen acutiusculum desinens, breviuscula, subtus serie duplici scutellorum sexangulorum. Scuta abdominalia 164 — 170, scutella infra caudalia unius seriei 65 — 70.

Color. Pileus olivaceus, unicolor; notaeum totum dilute olivaceum: taenia postice ex medio maculae arcuatae occiput cingentis fuscae excurrentis undulata, ex parte maculis subrotundis sive rhombicis formata, fusca, nigro-marginata supra spinam dorsi et caudae ducta, attamen supra hanc in utroque margine integerrima: taenia altera talis simili modo tincta, in utroque notaei latere, e maculis rhombicis, partim separatis, partim inter se connexis composita, versus trunci partem posteriorem et in caudae lateribus margine utroque integerrima: gastraeum totum albidum: scuta abdominis ad marginem maculis pusillis nigrescentibus variegata: cauda subtus unicolor: scuta marginalia labiorum flavida, nigrescenti-subnubilata: irides. . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice ad caudae finem 34", caudae 7", capitis 1"; oculi distant a rostri apice 3".


Habitatio et vitae ratio. Habitat satis frequens ad Promontorium bonae spei.

OBSERVATIONES. *Hanc serpentem habet museum Parisiense, Berolinense, Lugdunense, Viennense. Specimen nitidissimum adest in mea Amphibiorum collectione. Epidermide detrita pileus in album, dorsum in griseum, eius maculae in nigrum vergunt. In speciminibus in spiritu vini conditis color naturalis non facile evanescit.*


MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



I



II



III

STAUROTYPIUS TRIPOBALTUS.

Tab. XXXIII.

STAUROTYPUS TRIPORCATUS.

D R E I K I E L I G E K R E U T Z E M Y D E.

T A B. XXXIII.

Character essentialis. Testa oblonga, convexa, antice truncato-retusa, lateribus intracta, postice rotundata, margine horizontali-devexo dilatata, supra fusca, tricarinata, carina intermedia valde elevata, pone cultrata; testa subtus et sterno flavidis; capite et collo supra reticulato-variegatis.

SYNONYMIA. Testudo pensylvanica VAR. SHAW. Gen. Zool. Vol. II. p. 61. t. 15 (testa). Terrapene triporcata WIEGMANN, Isis 1828. p. 364. — WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. p. 137. tab. V. Fig. 44. 45.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput cute communi glabra tectum, ovato-trigonum, latius paullo quam altum, occipitis lateribus rotundatum, fronte plana, rostro admodum porrecto, acutiusculo-compresso, introrsum obliquo-truncato, maxillae apicem multo transcendente; mandibula quam maxilla multo brevior gnathidiis versus apicem arcuato-ascendingibus, paratonis latiusculis convexis; tomia maxillae tomia mandibulae includentia acuta, ante apicem utrinque uni-sinuata, gnathotheca glabra alta, convexa, margine superiore undulata, versus oris angulum magnitudine sensim decrescens, in eodem acuminato-angustata; mandibulae apex ascendens ore clauso foveam ossis intermaxillaris intrans: gonys trigona, lata, pone rectiusculo-truncata supra convexa; angulus mentalis angustiusculus, arcuatus, papillis duabus cutaneis pendulis obsitus; rhinarium in apice extimo rostri situm, rotundatum, convexum, prominulum, naribus lateralibus, rotundato-oblongis, patulis, simplicibus; oculi mediocres rostro paullo propiores quam oris angulo; aures cute communi prorsus obtectae; collum cum capite sub testam retractile, longulum, validum, cute laxa indutum, rugis linearibus, annularibus, subtilibus supra cervicem et nucham reticularibus dissecta, unde locis ultimo dictis asperula.

Testa oblonga, convexa, antice truncata, postice rotundata, lateribus subintractis; margo ad latera et praesertim in apice antico angustissimus, devexus, in apice postico latiusculus, horizontali-devexiusculus, medio subsinuatus; reliqua marginis pars testae integra, haec supra in medio carinis tribus, longitudinalibus admodum distinctis, rectissimis aucta; culmen carinarum rotundatum, carinae intermediae valde elevatum versus apicem posticum cultratum; scutella disci tredecim, i. e. vertebralia quinque, lateralia utrinque quatuor; scutum vertebrale primum subquingulum, antice attenuatum, ad latera a medio ad apicem posticum margine obliquo, ibidem supra in medio compresso-elevatum; sequens oblongum, subsexangulum, in utroque apice, praesertim in postico subattenuatum, supra in medio (sicut scutella tria subsequencia) carina elevata, longitudinali (in scutello ultimo cultrata) auctum; scutellum tertium secundo paullo maius subquingulum, antice truncatum, postice acuminatum, quartum subrhomboidale, marginibus obliquis rectis, apice antico subfurcatum, postico lanceolato-acuminatum, quintum scutello praecedenti simile sed latius, postice minus acuminatum; scutellum laterale primum, secundum et tertium magnitudine aequalia, supra ante medium carina longitudinali, elevata, in scutello quarto conspicua, aucta; primum quingulum, margine externo subundulato arcuatum, interno in angulum ex medio excurrens, secundum margine laterali et externo rectiusculum, interno in angulum ex medio excurrens, tertium secundo forma simile, attamen apice postico externo subtruncatum, quartum, scutellorum lateralium; magnitudine inter se subaequalium, minimum, pentagonum,

apice postico externo obliquo truncatum; bracteae marginales viginti tres, omnes, exclusis tribus ultimis utriusque lateris, angustae, oblonga-quadratae, magnitudine inter se subaequales, prima media tenuis, latiuscula, margine postico subangulosa, sequens utrinque in medio marginis postici in angulum brevem excurrentis, nona margine externo recta, interno ad apicem anteriorem oblique truncata, decima et undecima quadrangula, haec antice, illa postice dilatata; superficies scutellorum omnium testae glabra; sternum toto osseum, minutum, thorace triplo et ultra minus, cum thorace per symphysin connatum, cruciforme, prorsus planum, glabrum; lobus sterni anticus mobilis, biscutatus, postico latior, brevior, cum sterni parte intermedia ligamento flexibili lobus posticus cum eodem per symphysin connexus, immobilis lanceolatus, lateribus arcuato-emarginatus, triscutatus; sterni pars media subarcuata, in utroque margine multisinuata; scutellum sterni utrinque primum subquingulum, antice apice externo oblique truncatum, margine postico arcuato-sinuatum; scutellum utrinque subsequens margine antico tri-postico bisinuatum, obliquum, tertium margine antico arcuatum, postico oblique truncatum, externo arcuato-sinuatum; scutellum extimum impar (?) cordiforme, sed antice in utroque latere oblique truncatum; junctura sterni latiuscula in utroque apice oblique truncata, utrinque scutellis duabus quadrangularibus, glabris tecta.

Pedes Cinosterni, nudi, exclusis scutellis linearibus, transversis, margine postico liberis in latere postico tiliarum; antibrachium latere externo plica longitudinali cutanea auctum; digiti modice longi, omnes membrana latissima ultra unguium basin extensa, laxa, margine antico subcrenulata palmati, omnes unguiculati, excepto digito externo podariorum; ungues longi, rectiusculi, acutissimi; cauda brevis, conica, squamis minimis nonnullis erectis munita, unde asperula.

Color. Testa supra dilute fusca, obsolete obscurius striata, fere unicolor, margine inferiore cum sterno flava; hoc fusco subvariolosum; caput, collum et pedes fusca, illa supra nigro-reticulata; gnathotheca flavida, striis punctisque corneo-fuscis belle variegata; ungues corneo-fuscescentes; irides . . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo testae (supra eius convexitatem) $12\frac{3}{4}$ " , eius latitudo (supra convexitatem) $10\frac{1}{2}$ " .

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Mexico, in flumine Alvaredo.

OBSERVATIONES. Specimen quod descripsi effarctum, optime conservatum, misit dom. DEPPE ad Museum Berolinense; iconem ex eodem mecum communicavit dom. Dr. et Prof. WIEGMANN.

*) In medio linea longitudinali subexarata, sed non prorsus divisa.

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



I. *GEORGIODON SAURUS FLAVIVENTRIS* Wieg. II. *GEORGIODON DICTYS LUTICENTRIS* S.

GERRHOSAURUS FLAVIGULARIS WIEGM.

G E L B K E H L I G E F U R C H E N E C H S E.

T A B. XXXIV. Fig. 1.

Character essentialis. Notae fusco-olivaceo, linea sulphurea, pone oculos incipiente, nigro marginata in utroque latere, mento gulaque et scutis marginalibus labii superioris laete vitellinis, pectore et abdomine albidis, coeruleo pallide lavatis, cauda basi tetragona, versus medium tereti, corpore sesquolongiori, poris femoralibus utrinque tredecim.

SYNONYMA. Gerrhosaurus flavigularis. Wiegmann Isis XXI. fasc. III et IV. p. 379. WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. p. 158. — Lacerta Seps Lin. S. N. XII Nro. 17. p. 363?
— Seps Shaw General Zool. III. p. 252.
Scincus sepiformis. Schneid. Hist. amphib. II. p. 191. Merr. Syst. Amph. p. 70.
Tachydromus Seps Merr. S. A. p. 69.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput cum trunco continuum, tetragono-pyramidale, a vertice sensim declinatum, ante aures intumescens, in apice obtusum, undique scutellis multangulis irregularibus vestitum; nares in rostri apice, laterales; oculi laterales in medio capitis siti, palpebris duabus squamulosis tecti; aures apertae, ovales, scuto semilunari flavo in margine antico munitae, subtus plicae lateralis initio nonnihil absconditae, ut tanquam foramen triangulum extus appareant, tympanum in meatu auditorio brevi depressum. Scutum rostrale semicirculare; scuta marginalia labii superioris 5, primum trapezoïdeum, secundum, tertium subaequalia, quadrangula, quartum illis multo longius, subquadrangulum, quintum elongato-trigonum, apice meatus auditorii scutellum attingens; scuta labii inferioris quatuor, tertium ceteris maius; scuta nasalia duo parva, alte trapezoïdea, in confinio naribus pertusa; scutum loreum subquadratum, orbitale anterius polygonum, utrumque magnum, hoc pone scutello parvo, perangusto, subquadrangulo, inter scutella labialia et prima suborbitalia sito, auctum; scutum frontale anterius latum elongato-rhombeum, angulis lateralibus truncatis (⊙) hexagonum; frontalia posteriora irregularia, subtrapezoïdea; verticale elongato-hexagonum, latum; scutella superciliaria 4, duo intermedia maxima, irregularia, subquadrangula, externa parva, triangula; scutella supraorbitalia 5 anticum parvum, trapezoïdeum, secundum angustum elongatum, pentagonum, posteriora tria minora, quadrangula; scuta postorbitalia 3 parva, quadrangula; orbitam infra cingunt scutella 8 parva, angusta, quorum anteriora ceteris longiora; scuta occipitis 5, intermedium parvum elongate-rhombeum, quatuor magnis undique inclusum, quorum anteriora duo obliqua, lata, trapezoïdea, posteriora duo maxima, irregulariter pentagona; scuta temporalia 5 intermedium parvum quadratum, quatuor permagnis, irregulariter multangulis inclusum; mentum scutellis quatuor tectum, quorum anteriora trapezoïdea, posteriora duo multo maiora, irregularia. Lingua basi crassa, lata, versus apicem obtusum, vix emarginatum sensim attenuata, ultra medium affixa. Dentes maxillarum numerosi, maxillae margini interno adnati, conici, subrecurvi, anteriores simplices, posteriores denticulo antico sub apice aucti, palatini 8 simplices, obtuse conici.

Truncus continuus, cylindricus, lateribus intractis perpendicularibus subtetragonus dorsi fastigio rotundato obtusus, plica laterali utrinque ab oris angulo infra meatum auditorium in colli latere, et deinceps sub humero in pectoris abdominisque latere excurrente et prope femora sensim evanescenti insignis. Cervix et dorsum squamis adpressis quadrangulis, scutiformibus, per series transversas dispositis verticillata.

Squamae nuchae et laterum plerumque quadratae, laeves; squamae dorsi acute carinatae, in spina dorsi pone angustatae, a forma quadrata nonnihil recedentes, carinis singularum in lineas multas elevatas longitudinales supra dorsum ductas confluentibus. Gula squamis magnis latis hexagonis, ut in scincis, vestita; squamae pectoris maiores, forma irregulares. Abdomen scutis transverse seriatis vestitum. Scuta abdominalia angusta, in quavis serie octona, quorum intermedium trapezium, cetera rhomboidea, omnia carinis duabus subobsoletis, parallelis, cum carinis supra et infra adiacentium in strias longitudinales confluentibus instructa.

Humeri et antibrachia squamis latis, hexagonis vel rotundatis, laevibus; femora et crura intus squamis magnis, laevibus, plerumque hexagonis, extus minoribus rhombeis imbricatis tecta; palmae plantaeque pentadactylae; digitus palmarum internus minimus, secundus dimidio longior, tertius omnium maximus, quartus tertio subaequalis, quintus hoc dimidio brevior; plantae graciles, digitis valde inaequalibus, ab interno minimo ad quartum maximum longitudine crescentes, quinto remoto, vix quartum dimidium aequante. Femora poris perconspicuis, papillosis, subcylindricis tredecim instructa. Anus transversus, scutis pluribus magnis, irregulariter quadrangulis antice tectus. Cauda longissima, ad basin lateribus perpendicularibus tetragona, versum medium teres, sensim attenuata squamis quadrangulis carinatis, caudae apicem versus magis magisque angustatis, verticillata, corpore sesquolongior. Squamae caudae superiores lateribus se invicem tegentes, hinc subimbricatae, carina pone emergente mucronatae, striis pluribus versus carinam convergentibus notatae; inferiores praeter carinam laeves. Ungues falculares, compressi, acuti.

Color. Caput, collum, dorsum, latera caudae superficies superna fusco-olivacea; vitta pone oculos incipiens sulphurea, nigro utrinque marginata, ad colli et trunci latera supra femora excurrit et in cauda media paullatim evanescit. Scuta labii superioris, mentum, gula et scutellum in meatus auditorii margine antico colore vitellino, laetissimo splendent; abdomen, pedum interna latera et cauda subtus colorem album, nonnihil coerulescentem ostendunt.

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice ad caudae finem $10\frac{1}{6}$ '' mensurae Rhenanae; caudae solius $6\frac{1}{8}$ '' trunci (ab apice rostri) ad anum usque $4\frac{1}{8}$ ''; capitis $\frac{3}{4}$ '' , brachii 5 '' , antibrachii 4 '' , femoris 8 '' , cruris $5\frac{1}{2}$ '' , latitudo capitis immediate ante oculos sumta $3\frac{1}{3}$ '' , supra nares $2\frac{1}{2}$ '' ; altitudo ante oculos 4 '' , ante nares 2 '' ; oculi distant a naribus 3 '' , a rostri apice 4 '' .

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Africa meridionali. Vitae ratio hucusque ignota.

OBSERVATIONES. *Descriptionem secundum duo Musei Zoologici Berolinensis specimina fecit.*

Wiegmann.

OBSERVATIO. *Color flavus gulae et linearum in dorso mox in album vergit.*

GERRHONOTUS LICHENIGERUS.

FLECHTENFLECKIGER FALTENBAUCH.

T A B. XXXIV. Fig. 2.

Character essentialis. Gastraeo albo, unicolore; notaeo olivaceo taeniis duabus longitudinalibus canescentibus, maculas concolores inter se includentibus; pilei scutellis gibbis, notaei carinatis; scutorum abdominalium seriebus 12; cauda supra angulosa.

SYNONYMIA. Nulla.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput pyramidatum, vix distinctum, vertice plano in medio subimpresso; rostrum modice longum acutiusculum fere altius quam latum, distincte angulosum, supra versus apicem subdeclive, ad latera longitudinaliter impressum; occipitis latera rotundata; mentum prorsus planum; oris rictus rectissimus infra canthum posteriorem oculorum desinens, lamina supraorbitalis distincta, operculo indistincto; canthus rostralis distinctus, rectus, rotundato-acutus; mandibula maxillam longitudine aequans; nares immediate infra finem canthi rostralis in parte posteriore scutelli sitae, subovato-rotundatae, mediocres, patulae, margine laevi, rostri apici proximae; oculi modice magni naribus quam auribus propiores, subobliquo-horizontales; palpebra superior rudimentum per totam orbitae longitudinem expansa, inferior perfectior ope rudimenti superioris oculum in linea subobliqua claudens; aures patulae, maiusculae subtrigonae; in una eademque linea cum oris angulo sitae margine inermi; membrana tympani detrusa; lingua carnosa, crassiuscula, anterie attenuata medio mento affixa, lateribus et apice extimo libera, sed loco postremo dicto lingula quasi altera, attenuata, apice furcata, ultra oris apicem extensili, colore obscura insigni, exstructa; superficies linguae papillis subtilissimis tecta; dentes maxillae quadraginta octo, approximati, subtiliter reclinati, teretiusculi, anteriores conici, his posteriores parum longiores, apice subtruncati, homogenei, omnes simplices, mandibulae totidem, maxillarium magnitudine, anteriores conici, posteriores in apicis subtruncati medio obsolete sinuati; dentes palatini nulli (procul dubio ut in congeneribus decidui); truncus longus, teretiusculus, aequalis, subgracilis; pectore applanato; plica in utroque latere infra aurem incipiens supra colli latera deinceps sub humero juxta pectoris abdominisque latera ducta et infra scelides prope anum excurrentes, e cute abdominali sursum flexa aucta; collum longulum trunci crassitie, simplex, exclusa illa plica laterali; cauda elongata, corpore toto, incluso capite, longior, teres, sensim in acumen strictissimum desinens, supra subverticillata, subtus glabra; pedes proportionati, posteriores anterioribus vix maiores, teretiusculi, omnes pentadactyli, digitis teretibus, gracilibus, toto liberis, unguiculatis; digiti omnes tam in maniculis quam in podariis longitudine inaequali; digitus externus podariorum a sequente lato interstitio distans, subversatilis, quartus omnium longissimus, primus brevissimus, tertius in maniculis omnium longissimus tamen parum brevior quam quartus; pori femorales prorsus nulli; ungues parvi, acutissimi, compressi, subarcuati.

Pholidosis. Pilei scutella convexa durissima, polygonae, squamis dorsalibus minora, numerosa; scutellum verticale omnium maximum oblongo-hexagonum, profundius situm quam reliqua; scutellum subsequens minus subrhomboidaeum; paria scutellorum frontalia tria; scutellum rostrale minutum, fere pentagonum; scutella labiorum marginalia angusta, omnia quadrangula, planiuscula, glabra, temporum polygonae, convexiuscula, omnia magnitudine subaequali; scutellum nasale parvum subpentagonum scutella marginalia labii inferioris per duplicem seriem disposita, seriei superioris his inferioris multo minora,

omnia plana, glaberrima, oblongo-quadrangula; scutellum labiale primum parvum trigonum; mentum primo in utroque latere scutellis nonnullis maioribus glaberrimis, polygonis, reliqua parte squamis laevissimis suboblique dispositis, oblongo-hexagonis, jugulum seriebus longitudinalibus decem squamarum transverse hexagonis, magnitudine aequalibus, tectum, tamen squamae seriei extimae reliquis multo minores; abdomen seriebus decem longitudinalibus squamarum rhomboidearum, magnitudine aequalium; squamae supra anum praecedentibus paullo maiores, subquadratae, omnes totius gastraei laevissimae, planissimae; squamae in caudae parte inferiore per series longitudinales dispositae, subrhomboideae, glaberrimae, in eius parte superiore eiusdem fere formae sed longitudinaliter medio fortiter compressae, unde carinatae, margine sublibero, prominulo, quare caudae superior pars subverticillata; squamae maiusculae notaei totius ut nunc descriptae partis superioris caudae formatae, per series transversales dispositae; carina squamarum notaei ante plicam abdominalem parum subobsoleta, in parte superiore anteriore uniuscuiusque squamae; plica latere interno manica et podaria parte postica granulosa-squamosa; hac parte anteriore scutellis angulosis glabris tecta; palma et planta verrucis minutis, granosis, acrodactyla scutellis pusillis, quadrangulis, laevibus tecta.

Color. Notaeum totum olivaceum; taeniae duae ex occipite supra dorsum et altra caudae finem ductae, rectissimae, viridi-canescens, maculas concolores inter se includentes; cauda supra maculis similibus variegata; squamae nonnullae trunci lateralis hic et illic canescenti-terminatae; pedes supra, pileus et capitis latera immaculata, corpus totum subtus, inclusa cauda, alba, unicolor, nitore vitreo; lingua incarnata, excepto eius apice obscuro; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice ad caudae finem $11\frac{3}{4}$ "", caudae $7\frac{1}{2}$ "", capitis $10\frac{1}{2}$ "", humeri 6 "", antibrachii 4 "", femorum $6\frac{1}{2}$ "", tibiae 5 ""; ambitus capitis ad aures 2 "", trunci in medio et prope axillas et ante femora 2 "".

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Mexico, in quercetis inter saxa. Gerrhonoti vivos pullos pariunt.

OBSERVATIONES. *Specimen quod descripsi et depingi curavi recentissime necatum, nitidissimum, misit e Mexico ad Museum Monacense dom. baro DE KARWINSKY. Intra anni spatium in spiritu vini servatum colores non mutavit. Genus „Gerrhonotus“ cum speciebus sex ii peculiaribus, descripsit amicissimus Dr. et Prof. WIEGMANN in OKENII Iside (Vol. XXI. p. 379 caet.) An ad speciem nostram HERNANDEZII „YZTACTECOIZIN, seu alba lacerta“ (cap. XIX), sive eius „TLILCUETZPALLIN, seu nigra lacerta“ (cap. XXXV) referenda? Sed utriusque color principalis ad Gerrhonotum lichenigerum non optime quadrat.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



TRIACOEISSA HYPOXANTHIA.

Tab. XXXV.

RHACOESSA HYPOXANTHA.

G E L B B A U C H I G E R F R A N Z E N G E C K O.

T A B. X X X V.

Character essentialis. Notae sordide fusco, maculis obscurioribus inter se connexis reticulato-variegato; pedibus obscurius fasciatis; gastraeo nitide flavo, immaculato.

SYNONYMIA. Famo-Cantratra, FLACCOURT Hist. de Madagasc. 1661. Chap. 38. p. 155, DAPPER Descript. de l'Afrique p. 458. La Tête-plate LACÉP. Hist. nat. des Quadr. ovip. T. I. p. 325. tab. 30. (fig. mediocr.) Dieselbe übersetzt v. BECHST. Bd. 2. p. 168. t. 14. f. 2. (Plattköpfiger Gecko.) BONNAT. Erpet. sq. n. 52. pl. 11 f. 2. Stellio fimbriatus SCHNEID. Amphib. Physiol. Spec. II. p. 31. n. 10. Lacerta fimbriata DONND. Zool. Beitr. III. S. 134. n. 8. SHAW Gen. Zool. III. p. 112. Gecko fimbriatus LATR. Hist. nat. des Rept. T. II. p. 54. Fig. 4. DAUD. Rept. IV. p. 160. t. 52. MERR. Syst. Amph. p. 40. — Bosc Nouv. Dict. d'hist. nat. XII. p. 513. tab. D. 30. Le Gecko frangé CUV. R. an. II. p. 55. — WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. p. 142.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput indistinctum a collo, elongatum, esocinum, rostro longissimo, admodum depresso, lato, apice rotundato, versus frontem altiore sensim adscendente; vertex ipse planus, latus; occipitis latera nonnihil rotundata; canthus rostralis prorsus nullus; maxillae apex extimus subdeclivis, cum apice mandibulae aequali longitudine; oris rictus longus, paullo pone et infra canthum posteriorem oculorum desinens, labiorum margine rectissimo; mandibula humillima; mentum applanatum; nares rostri apici admodum approximatae laterales, parvae, rotundae, margine simplici, superiore prominulo; oculi maximi, circulares, admodum protuberantes, totam fere altitudinem laterum occupantes, auribus quam naribus approximatiores, pupilla verticali-elliptica; palpebra inferior prorsus nulla, superioris rudimentum in forma plicae arcuatae intra orbitae marginem et bulbum oculi reflexae; aures distinctae pone oris angulum sitae, parvae, meatu verticali, margine simplici; membrana tympani detrusa; lingua lata, carnosae, plana, apice extimo libera ibidemque subexcisa; dentes coelorrhizi, tomiorum lateri interno agglutinati, homogenei, numerosissimi, oppositi, recti, erecti, simplices, cylindracei, unicuspidati, corona indumento vitreo obducta, vix acutata, compressiuscula; posteriores longitudine sensim decrescentes, laniarii et palatini nulli; truncus longulus, robustus, supra convexus, subtus planus, undique subaequali latitudine; collum longulum trunci forma, hoc parum angustius; cutis libera, pendula, margine fimbriata utrinque a rostri apice infra mandibulam supra colli ac trunci latera inferiora ducta, fine abdominis desinens: limbus cutaneus pendula similis in utroque margine pedum, tam anteriorum quam posteriorum; cauda circiter trunci longitudine, tereti-depressa, utrinque ad latera cute laxissima, integra, attamen extimo margine fimbriata, versus caudae basin magis magisque attenuata, limbata, unde quasi formant gubernaculi apice spatuliformi repraesentans: pedes validi, depressiusculi: anteriores posterioribus multo minores, omnes pentadactyli; digiti basi membrana connexi, reliqua parte fissi, omnes unguiculati et in utroque latere cute squamulosa, margine integra, apice rectiusculo-truncata large limbati, apice pro recipiendo unque fissi: hypodactyla foliolis cutaneis erectis numerosis, transversim dispositis oblecta, pori femorales distincti: ungues compressi, arcuati, acutissimi.

Pholidosis. Caput, collum, truncus, cauda et pedes supra squamis minimis, granosis, interjectis hic et illic paullo maioribus, labiorum margo scutellis, quadrangularibus, planis, magnitudine aequalibus, utrinque per seriem unicam dispositis, gastraeum totum squamis nonnihil maioribus, rhomboïdalibus, laevibus, planis, homogeneis oblecta.


Color. Notaeum totum sordide fuscum, maculis obscurioribus, inter se connexis variegatum; pedes obscurius subfasciati: gastraeum totum nitide flavum, immaculatum: irides . . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo a rostri apice ad caudae finem 10'', caudae 4 1/2''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in insula Madagascar (et ad flumen Senegal, fide Adanson.) Degit supra arborum corticem, egregie salit a ramo ad ramum, cute laxa, pendula pedum, trunci et caudae adminiculante: agiliter scandit sed tarde humo incedit: noctu victum quaerit interdiu in arborum cavis latitans, victitat insectis: dorsi sed non abdominis colorem pro lubitu mutat; audit Famocantratra apud Madagascarienses, i. e. bestia versus pectus saliens. Ob dorsi colorem fuscum a cortice arborum, cui adhaeret, difficillime distinguenda.

OBSERVATIONES. *Lutetüs Parisiorum vidi et descripsi nonnulla specimina nitidissima; quatuor sive quinque servat Museum Parisiense. Specimen nuper captum cel. OPPEL coloribus adumbravit; idem nostra icon repraesentat. Speciminum per longum tempus in spiritu vini conditis gastraeum albicat, notaeum in griseum vergit.*

MCZ LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MA USA



TRACHYSAURUS PERONII.

Tab. XXXVI.

TRACHYSAURUS PERONII.

P E R O N I S K R U S T E N S C I N K.

T A B. XXXVI.

Character essentialis. Castaneo-fuscus, lateribus obsolete obscurius fasciatis, subtus dilutior; notaeo squamis granuloso-asperulis.

SYNONYMIA. Scincus Peronii DUMERIL in Mus. Paris. Trachysaurus rugosus GBAY in Phil. KINGS Narrative of a Survey of the coasts of Australia. London 1827. Vol. II. Append. p. 430. WAGL. Natürl. Syst. d. Amph. p. 163.

D E S C R I P T I O.

Corporis forma universalis. Caput admodum distinctum, magnum, tetragono-pyramydale, pileo plano, occipitis lateribus rotundato-protuberantibus, rostro modice longo; nares a rostri apice interstitio brevissimo distantes in medio scutelli sitae, mediocres, subrotundae, patulae, simplices; oculi nares inter et aures intermedii, pupilla circulari; lamina supraorbitalis distincta; aures supra oris angulum sitae, angustae, verticali-oblongae; dentes breves, crassi, conici, in palato nulli; truncus longulus, crassus, subaequalis, tereti-depressiusculus; collum breve occipite multo angustius, absque torque squamarum, prorsus simplex; cauda brevis, circiter dimidium partem corporis longitudine aequans, crassa, integra, depresso-conica; pedes quatuor perfecti, ambulatorii, pentadactyli, crassi, proportionati; antici posticis debiliores; digiti distincti, fissi, breviusculi, validi, teretes, omnes unguiculis exstructi, laterales longitudine sensim decrescentes; digitus plantae quintus a quarto brevi interstitio remotus; pori femorales prorsus nulli; ungues breves, validi, subarcuato-conici.

Pholidosis. Pholidosis notaei dura, subossea, gastraei ordinaria, membranacea; caput, collum, truncus et cauda supra scutellis homogeneis (per fascias obliquas dispositis) rhomboïdalibus, convexis, carina convexa, subspinosa auctis, epidermide granulosa obductis, subtus scutellis largis, hexagonis, imbricatis, glabris, homogeneis tecta; scutella ad latera capitis et in huius parte inferiore scutellis verticalibus maiora.

Color. Caput, collum, truncus, cauda et pedes supra castaneo-fusca, subtus dilutiora; trunci latera fasciis obscurioribus parum distinctis obsita; ungues corneo-fuscescentes; irides . . ?

Proportio corporis partium e mensura. Longitudo (speciminis in Museo Britannico) 14'', capitis 3'', caudae 4'', trunci 7''.

Habitatio et vitae ratio. Habitat in Nova-Hollandia, in Freto „King George the Third's Sound“ dicto.

OBSERVATIONES. *Animal hoc pholidoseos suae structura admodum insigne a celeberrimo PERON detectum, nuper a cl. KING in Novae-Hollandiae freto supra dicto repertum est. Specimen, cauda laesum, possidet Museum Parisiense et Londinense, tertium servat Museum Societatis Linneanae Londinensis. Picturam, a nobis datam cel. OPPEL Lutetiis Parisiorum elaboravit.*







